


PLEIER
MEDICUS
CRITICUS
ASTROL
1627








IX

MEDICUS-
CRITICUS-ASTRO-
LOGUS,

Ex veteribus Iatromathematicis productus

à

CORNELIO PLEIERO Coburgense, Doctore Medico.



NORIBERGÆ,
Sumptibus & Typis SIMONIS HALBMAYERI,
ANNO M. DC. XXVII.

OPVSCVLI HVIVS

LIBELLUS PRIMUS continet doctrinam de criſi, cum Aſtrologia Hippocratis, atq; Galeni:

SECUNDUS docet electionem medicamenta, nec non venæ ſectionem, admi-niſtrandi:

Ex motu Lunæ ſyderumq; configurationibus.

AD



AD

Serenißimum Potentißimumque Principem ac Dominum,

Dn. CHRISTIANUM MARCHIOnem Brandenburgensem,

Borussiæ, Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, Silesiæ item, Grossiæ, & Jegerndorffi Ducem, &c. Burgravium Norimbergensem, & Principem Rugiæ, &c. Dominum suum clementissimum,

PRÆFATIO.



Greste Proverbium est, Serenissime Princeps, Heros fortissime; Lectum cani sternere magnus labor. Is enim accubiturus

 huc

huc atq; illuc in gyrum vertitur, ut quo collocari debeat ei pulvinar, nemo ferè sciat. Atq; idem profectò de multis etiã hominibus dici haut potest injuria, quibus nimirum nihil rectè fit unquam, ita huc atq; illuc volvuntur, ut quam in partem sint casuri, quidve tandem ex animo velint, itidem sciri nequeat. Nonnulli supercilii severitate, ordinisq; quadem auctoritate, odium in optimas quoq; artes ac scientias conceptum intimis pectoribus fovẽtes, vel clandestinas susurrant, vel palam evomunt calumnias: eaq; nunc maximè viget ætas, ut major mortaliam pars non aliter quam gallus Æsopicus in sterquilinis suo repertos lapillos pretiosos undiq; etiam auro inclusos aut quacunq; ratione expolitos negligant, imò derideant.

O miseras hominum mentes, ô pectora cœca!
Qualibus in tenebris vitæ quantisq; periclis
Degitur hoc ævi, quodumq; est?

Tales præcipuè sunt, qui, livore quo-

dam

dam moti, deq; semet ipsis multùm præsumentes, cum rudi vulgo nihil habent vulgarius atq; communius, quam quod plerunq; acutissimas artes olfacientes minimeq; gustantes, Alchymiam ut profundissimam, ita Astrologiam sublimissimam, non modò nauseabundi formidant, sed etiam extremè rident, imò virulentis calumniis proscindunt, diris devovent atq; execrantur. Verùm cum omnium bonarum artium sint ignari, (nil ultra feros Satyros sapientes) eas quas non noverunt artes, vituperant odioq; habent: cum secundum tritum quoq; proverbium ars non nisi ignorantem habeat osorem. Hi nihil nisi quod ipsi sciunt, sentiunt, dicunt, aut faciunt verum aut rectum esse putant. At homine imperito nunquam quicquam est injustius: & nemo cæcus de coloribus sanè judicare potest. O omnium hominum insulsissimos! ô picas loquaces! ô ranas Ægyptiacas! Optimum ipsis,

non nasci, vel ocyssimè aboleri, fuisset, quam liberales, utilissimas, divinasq; artes, inæstimabilia DEI *dona, benignissimi, petulantissimis impetere opprobriis. Dimissis ratiunculis, quibus Alchymiæ impossibilitatem demonstrare contendunt, facilimè tamen solubilibus, si instituti ratio ferret, hoc saltem responsi habeant istiusmodi homines: cum rerum sensilium proprius sit judex ipse sensus, ut inquit Zabarell. in explic. Phys. Arist.* ἀῤῥωστίαν τῆς διανοίας *esse, alicujus rei rationes quærere ac dimittere sensus, Arist. 8. Phys. imò insaniæ proximum, contra rerum evidentiam opinari, iterum Arist. pronunciante lib. de ortu ac interitu c.3. Neq; enim futilis ac plebeia ipsorum objectio ullius est valoris, quando vociferantur se in fornaculis Chymicorum nullum adhuc vidisse aurum hac arte excoctum: quoniam improbi, præposteri, ac refractarii hominis est id ceu deliramentum quod-*

dam

dam ironicè irridere, aut obstinatè falsitatis arguere, quod non semper & ubiq; locorum oculis omnium sese conspiciendum exhibet. Ausculteni potius Theobaldum Hoghelindum de Alchym. diffic. Si, inquit, in judiciis, ubi de censu & capite, aut fama sive existimatione rerum agitur, duobus aut tribus testibus, tam lege divina quam jure civili sit credendum, quanto magis in arte Chymica usu venire æquum erit, quæ rationibus, similitudinibus, exemplis, ac testibus non duobus aut tribus, sed propemodum innumeris vera esse convincitur. Habemus enim doctissimorum virorum scripta, Hermetis, Th. Aquinatis, Lullii, Rupecissæ, Arnoldi, Geberi, Alberti Magni, Isaaci, Bacconis, &c. qui omni exceptione majores, Artem hanc transmutatoriam esse verissimam testantur. Cur igitur Viris tam præclaris fidem detrahendam (nihil jam dicam de Nostri sæculi artificibus)

econtra sciolis quibusdam umbratilibusq; Philosophistis potius credendum judicabimus? Cum enim de planè ignotis disputent, nec intima naturæ penetralia rimentur, idcircò non mirum, multa quoq; ignota, absurda atq; ridicula ab illis disseri atq; concludi, quæ nemo sanæ mentis ipsi sensui atq; experientiæ manifestæ præferet, sed potius tanquam cæcutientium vana phantasmata, futiles atq; inutiles nasutulorum speculationes, ægraq; mentis garrientium somnia jure merito spernuntur, videntur.

Astrologiam quod attinet, per eam vegetabilium, sensibilium, rationalium, superrationaliumq; corporum nobis (ut dici solet) ad unguem caussæ, rationes & effectus exprimuntur: Per eam omnium mortalium vita salutiferis præceptis excolitur: Per eam Ecclesiæ, populi, variæq; nationes divino cultui sese mancipantes gubernantur. Qua pro-
fessione

fessione nulla facilè hac in vita hominum existit admirabilior. Nec immeritò, sed jure optimo à majoribus nostris Ars liberalis vocitata fuit: sive quod ab omni ignorantiæ nubilo studiosorum mentes liberaret; sive quod eam, utpote dignissimam, ac nihil in se habentem servile, nulli licebat ediscere, nisi libero liberaliterq; educato homini. Imò regia verè ars est, quam Reges olim ac Principes non sine immortali gloria, nec sine maximo fructu exercuisse constat. Tanto semper in honore apud Magnates & quosvis rationales fuit habita: tanta in ea fuit utilitas, ut sine ipsa nihil divinum sive humanum, nihil inferius sive superius, nihil parvum sive magnum, nihil suave sive absonum cognosci aut intelligi penè posset. Atq; nihil profectò etiamnum est inter mortales, quod adeò repentè exornet, nobilitet, ac domum Medicum clarum atq; famosum reddat, quam hac ipsa Astrologia.

Medicina enim sine favore cœlesti, confitentibus Hippocrate & Galeno, sæpius inanis noxiaq; reperitur, & in una constellatione administrari potest medicina quæ ægrum mortificat, quæ tamen ipsa in alia constellatione propinata à morte liberat atq; exoptatam operationem assequitur. Affirmat hoc Avicenna secunda primi c. 8. inquiens: secundum res cœlestes res terrestres eveniunt, & res quæ sequuntur cœlestes sunt eæ quæ stellarum caussa accidunt. Eidem sententiæ adstipulatur etiam Abhomeron Medicus famosissimus, lib. 1. c. 7. de Epilepsia dicens: Et fiunt in Epilepsia paroxysmi sicut in febribus fieri consueverunt, ex operatione & virtute cœlestium corporum, quæ à DEO vivo & vero perfectionem & influentiam habere & recipere sciuntur certissimè & comprobantur. Audiamus ex multis vel unicum Hippocratem Principem & Patrem Medicinæ. Is lib. 1. de diæta

inquit:

inquit: Sed & astrorum ortus & occasus cognoscere oportet, quo mutationes & excessus ciborum ac potuum, & ventorum & totius mundi, ex quibus sanè morbi hominibus oriuntur, observare (Medicus) sciat. Quum enim (idem lib. de arte, aq. & loc) temporum mutationes & astrorum ortus ac occasus observaverit, quemadmodum singula horum eveniant, prænoscet utiq; & de anno qualis hic sit futurus: hoc namq; modo si quis rimatus fuerit ac præcognoverit temporum mutationes, maximè de singulis sciet, utplurimumq; sanitatem assequetur, & recta via procedet, non minimâ artis suæ gloriâ. Quod si cui hæc sublimiora videntur, is, si ab hac sententia discedat, discet sanè non minimam partem conferre ad rem medicam ipsam Astronomiam, sed omninò plurimam, quum unà cum temporibus & ventriculi in hominibus mutentur. Maximè autem observare oportet (idem

iterum d.l.) magnas temporum mutationes, ut neq; medicinas in illis libentes exhibeamus, neq; uramus, quæ circa ventrem, neque secemus, priusquam prætereant dies decem aut plures, & non pauciores. Periculosissima sunt etiam ambo solstitia, maximè verò æstivum. Periculosum etiã æquinoctium utrumque, magis vero autumnale. Et ulterius d. l. Oportet autem & astrorum ortus considerare, præcipuè canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occasum. Morbi enim in his maximè diebus judicantur, aliiq; perimunt, alii verò desinunt, aut in aliem speciem aliumq; statum transmutantur. In summa: Medici, Philosophi, Astrologi concordi suffragio videntur partus animaliũ fœtus, arborum fructus, hominum & pecudum humores, morborum variationes pro ratione lunaris motus, & luminis augmento coalescere, maturare, & eniti, ac dies morborum CRITICOS

pro-

promoveri; nisi materiæ illius actioni subjectæ dispositio obstiterit, quæ has Lunæ, Solis & astrorum omnium actiones nonnihil evariat. Quid jam? aspernabimurne observata ejusmodi eruditorum, quæ verè & satis conspicuè, mediocritèr animadvertenti, consensiones mirandas certarum regionum, gentium, temporum, partium, humorum ac temperamentorum humani corporis cum stellis, dissensionesq́, & ipsarum inter sese stellarum, tam inerrantium quam variè circumeuntium concordes vires, adversasve ac repugnantes, demonstrant testimoniis suffragiisq́ constantis experientiæ? At quid multis opus hominum sive Christianorum sive Ethnicorum autoritatibus, ubi cœlestis vox sapientissimi cœli omniumq́ ejus sydérum, sicut & universi orbis terrarum conditoris ipsa testis est in principio libri Geneseos scripta? Dixit autem DEUS: Fiant luminaria in firmamento cœli,

& dividant diem & noctem, & sint in signa, stata tempora, dies & annos, & luceant in firmamento & illuminent terram. Decretum ita atq; statutum esse ait à DEO, ut stellæ, inter quas præcipua luminum vis, distinguant, varient, temperent, idoneis qualitatibus & naturæ mixtorum convenientibus, diurna, menstrua & annua spacia; sintque in signa, id est antè respecta & considerata de initiis, progressionibus ac metis temporum, deq; illis, quæ incidunt, variationibus vi stellarum excitatis, moneant atq; edoceant homines. Ergò & hoc eis tribuit, quod aliàs alitèr elementaria cuncta afficiant, easq; affectiones suo positu præmonstrent attendentibus. Neq; enim consentaneum est maxima illa, fulgentissima, incredibili sapientia absoluta corpora, tanta lucis varietate, tanto numero, & certa atq; immota lege consistentia nec erroribus obnoxia, nec labem ullam inde usq; ab

initio

initio affectionemve vel minimam perpessa, quorum perennes motus ac perpetuos cum admirabili incredibiliq; constantia, & consensu inter se, atq; convenientia immutabili cernimus: ociosi tantùm ornatus caussa effecta esse, non verò ad alios usus longè potiores; quos tamen perpetuæ experientiæ argumenta innumera comprobant observata, firmissimeq; convincunt.

Quam verè & variè Luna mu- ,,
atis subinde suo circuitu sedibus, & ,,
n alios atq; alios sex reliquorum Pla- ,,
netarum radios positusq; incurrens, ,,
terrena afficiat omnia, vel sola ratio ,,
dierum monstrat criticorum, eorum- ,,
que quos ἐπιδήλους, Indices, vocant. ,,
Quanquã enim quæsita semper ratio ,,
est, qui fiat, quod in ipsis penè arti- ,,
culis dierum septimorum accidant in ,,
ægris subitæ morborum conversiones, ,,
quæ aut oppressos eos periment, aut ,,
solutos morbos profligant; Cur item ,,

qui

„ *qui præcedunt quarti, secuturam* „
„ *septimo conditionem declarent: ta-*
„ *men non nisi in Lunæ motum caussam*
„ *certa referri potuit. Etenim septimo*
„ *quovis die Luna defertur ad signum*
„ *illi adversum, in quo morbus cœpit:*
„ *si eo positu morbo quoque adversatur* „
„ *& cæterorum Planetarum consentien-*
„ *tia seque roborantia adipiscitur suffra-*
„ *gia, tunc naturam ægri contra mor-*
„ *bum incitat atque instruit validissimè,* „
„ *cumque eâ unâ discussum evictumque*
„ *exterit, adeò, ut ne vestigia quidem*
„ *morbi relinquantur. Sin cum morbo*
„ *consentiens, seu in naturæ conspirat*
„ *perniciem, acuit eum, ut fractam con-*
„ *tusamque extinguat. Si conanti na-*
„ *turæ tentantique morbi abactum opi-*
„ *tulatur languidius, sola natura mor-*
„ *bo impar, partem ejus excutit, reli-*
„ *qua aut infestat denuò, sine intermis-*
„ *sione, aut ex intervallo recidivas fa-*
„ *cit. Quartus, septimi prænunciat*

con-

conditionem, quod eo ferè de signo ,,
aliqua ex parte contrario primo tran- ,,
sit in aliud cognatius ac similius: Sigꝫ ,,
illud ut signo primo, sic morbo con- ,,
trarium fuit, neqꝫ in eo transitu infe- ,,
stum ipsa Luna aliquid aut hostile ,,
experta vel perpessa est, auxit natu- ,,
ræ robur, morbi viribus attenuatis & ,,
accisis, idqꝫ se promit quarto, quo se- ,,
dem mutat, sin morbum armavit in ,,
naturam, aut debiliori præsidio natu- ,,
ræ subvenit, contrarium evenit. ,,

Hæc ergò omnia cum ita sese habeant, quod videlicet Astrologia maximi sit momenti in arte etiam medica: operæ pretium esse, remqꝫ haut ingratam sed ut exoptatam ita utilissimam Medicinæ studiosis me præstiturum, statui, quando antiquorum documenta Medicorum astrologica, non sanè cuivis obvia, tùm 1. de crisi, diebusqꝫ ctiticis, 2. de electione medicamenta, nec non venæ sectionem administrandi, hinc

inde

inde fusiùs disseminata colligerem, collecta seligerem, selecta in ordinem componerem, composita compendiolo mandarem, atque in lucem utilitatemq; publicam evulgarem.

Cæterùm cùm ita moris sit, nec moris illaudati, ut in publicum producturi libros, non tantum præfationum auspicia præmittant, sed dedicationes etiã nuncupent, quarum patrocinio quasi scripta sua consecrata esse exoptant: Sive morem istum usus duntaxat exemplorum invexerit, quorum sanè vis est in re qualibet maxima; sive necessitas suaserit, quæ ut in publicum proditurος ingenti judiciorum varietati exponit, ita de præsidio quemcunq; cogitare, ductu etiam naturali, impellit: ideoq; & ego in hoc quoque meo proposito & consuetudini & simul necessitati libenter locum concessi. Circumspicienti itaq; de libelli hujus Patrono, cujus tutelâ non solum ob judiciorum multipli-

*iplicitatem, sed etiam propter maledi-
tos præcipuè criminatores, materiarum
ſtiusmodi, nulla quidem de cauſſa, niſi
ex ſtupida ignorantia, oſores, vel ma-
ximè opus fore intelligerem: en Prin-
ceps Sereniſſime, Domine clementiſſime
Tuam Celſitudinem mihi unicè pro cly-
peo eligendam humilima animi mea de-
voti confidentia dictavit, ob ſingularem
nimirum, ſumma ac propemodum indi-
cibili cum munificentia, quo & longè
lateq́ clares, favorem atq; amorem &
in res & in Perſonas literarum, maxi-
mè verò admirabilem Medicinam, ita
quidem, ut ne angulus Europæ ſit quem
Phœbus illuſtrat, quo immortalis hæc
tua gloria, Principe omninò digniſſi-
ma, non penetraverit. Verum quidem
fatebor, cum Serenitatis T. ſplendorem
ſummum mecum ipſe perpenderem,
multùm diuq; ſubdubitans cunctatus
ſum, veritus, ne quid forſan tanto He-
roi decederet, quod non magis Ipſum
ſuſpi-*

suspicerem, exiguum adeò & chartaceum levidense munusculum vel invitæ obtrudendo; simili ferè modo, quo rustici quidam ineptiores, cum hospitem egregiè à se honoratum volunt, eum pyris, malis, nucibus aliisq; id genus nugis, licet deprecantem tamen invitum & vi quasi onerant, infarciunt, itaq; onustè infarcitum dimittunt. Veruntamen si quid in hoc peccaverim, quod S. T. C. hæc tenuia offero, apud Eandem me vicissim veniam quoq; inventurum spero: cum haut minus læta fronte exigua ab infimis accipere, quam magna à summis æqualibusq; solere, laudatissimum apud exteros etiam jam dudum humanitate sua testimonium acquisiverit. Fertur siquidem & in accipiendo aliquid liberalitatis esse, nec minus esse regium parva interim à tenuioribus fronte hilari, cum offeruntur, accipere, quam vel maxima dare. Sunt Diis parva gratissima, & parva Jovem placant. Augu-

Augustæ itaq; protectioni Tuæ, ô Princeps Serenissime, hæc à me humilimè subjecta, sub tua tecta recipi, Celsissimiq; Tui nominis fulgore decorari, illustriora reddi, & ad hominum manus tutissimè exire, digneris, patiarisq; clementissimè. Vale Serenissime Princeps, meq; humilimum clientem clementia T. complectere. Dat. M. Majo An. M. DC. XXVII.


Sereniss.

V. Celsitud.

devotissimè humilimeq; colens

Cornelius Pleier D. Physicus Ordinarius p.t. Kitzingæ.

DE



DE SIGNIS ET CRISI, IN COMMUNI, SECUNDUM MEDICOS.

TAnta illius Medicinæ partis, quæ Prognostica vocatur, sublimitas est atq; dignitas, ut eam callentem, summo honore Medicum afficiat, omniq; jure splendida ista fama illustret apud Homerum Iliad. a. Chalcantis : ὃς ἤδη τὰ τ' ἔοντα, τὰ τ' ἐσσόμενα, πρότ' ἔοντα quod est : qui sciebat & præsentia, & futura, & præterita. Vel ut Virgilius 4. Georgic. de Proteo.

——— novit namq; omnia Vates
Quæ sint, quæ fuerant, quæ mox ventura trahantur.

Atq;

Atq; ut Boëtius:

Fœlix qui potuit rerum cognoscere caussas,
Atq; motus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitumq; Acherontis avari.

Etenim hæc ipsa Medicinæ pars morborum caussarumque morbificarum vim & malitiam, tùm naturæ constantiam & languorem nobis aperit, quantumvè hæc triumphentur, aut triumphent: unde præsagire nos docet de spe salutis aut certo interitu, & num confertim, an lenta die solvendus sit morbus, qua via, die, imò hora. Omnis autem præsensio triplicibus aperitur signis: *Pathognomonicis, Epigenomenis & Epiphænomenis.*

Pathognomonica, inseparabilia sunt, & morbo propriè ac necessariò adhærent; unde speciē, differentiam ac magnitudinem morbi loquuntur: quemadmodum

dum lateris punctorius dolor, difficilis respiratio, tussis, acutaq; febris pleuritidem perpetuò comitantur.

Epigenomena (Συνεδρεύοντα) comitantia etiam sunt, & morem morbi exprimunt, sicut epiphænomena, sed non perpetuò: ut in pleuritide delirium.

Epiphænomena, tertio loco, maximè morem morbi loquuntur, maximeq́; propriè Prognostica dicuntur: atq; illa prognosis, quæ ducitur ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων nunquam ferè fallit.

Hæc verò iterum triplici apparent genere; quædam ad coctionem & cruditatem; alia ad salutem & mortem; alia ad tempus & speciem futuræ crisis.

Coctionis & cruditatis signa judicium ferunt de brevitate & prolixitate morbi: unde etiam

con-

consequenter de salute & morte, temporeq; crisis.

Ut autem *coctio* sit perfecta & laudabilis, requiritur [1] ut sit *continua*, & [2] *Universalis*.

Continua coctio est, quæ non interrupta, sed constans est. Fugax enim mala, ex collapsa virtute coquendi, vel de succi morbifici succrescentis perennitate.

Universalis est, quæ in universalibus excrementis enitescit; cujusmodi sunt urinæ, alvi dejectiones, & expectorata; in venosis, alvinis ac thoracicis morbis consideranda. Particularis namque coctio frustrà suscipitur in cruditate universalium excrementorum. Et Hippocrates scribit in parotidibus, urinas modò pepasmi participes, modò expertes, pestiferas esse.

Signa salutis & mortis, sumuntur

tur à viribus ægri & morbi. Nam cum hæc duo Athletarum instar pugnent, ex virium utriusq; artificiosa collatione exitus certaminis prævideri potest; nempe ex vigore & constantia naturæ, salus; ex ejus verò languore & morbi robore, interitus.

Virium robur spectatur in Habitu corporis, qui potissimùm elucet in colore, charactere & mole; actionibus vitalibus, naturalibus & animalibus; atq; excrementis, in substantia, copia, qualitate, tempore & excernēdi modo cōsideratis: ex quibus sunt urinæ, dejectiones, vomitus, expectorata, sudores, lachrymæ, sanguis, ructus, flatus. Quæ omnia quo melius habent, quoq; magis naturæ sunt similia, eò melius testantur de viribus; & contra, quo magis à naturali statu recesserint

(rece-

(recedunt autem itidem triplici modo, vel quod diminuuntur, vel abolētur, vel depravantur) eò imbecilliores vires exhibēt, tantoq; angustiorem spem salutis offerunt.

Morbi robur intelligimus, 1. *Ex ejus essentia*: quæ spectatur in morbi Specie; Magnitudine; More, bono vel malo; Motu, celeri, vehementi, constanti, æquali; Parte obsessa, ut ejus dignitate, robore, & qualitate, in colore, mollitie, duritie; & Humorum deniq; dominatu.

2. *Ex caussis ipsius morbi*, forma, materia, subjecto: Nam totum vel pars obsidetur; iisq; morbifica caussa impressa est penitus, vel non; vel robusto corpori insedit caussa, vel non; vel benè vel male habitum fuit corpus. Tùm ex caussa efficiente, h. e. quod gignit,

auget, conservat. Tùm ex fine, & instrumento, caussaq; sine qua non & cum qua.

3. *Ex effectis morbi*, caussæq; morbificæ, ac symptomatum. Symptomatum, nempe in qualitatibus, actionibus, & excrementis: quemadmodum supra etiam dictum de robore virium.

4. *Ex analogia*, cum aliis: ut si eodem tempore publicæ grassentur contumaces tertianæ; vel si in ægri familia plurimi eodem morbo tali cum crisi extincti fuerint.

Omnia hæc si immania fuerint, maligna, assidua, ipsisq; ad morbi decursum vires impares, & concors horum conspiratio ad deterius, & motuum ductus ordinis vel seriei expers sit, ad interitum apparebunt.

Tertio & ultimo loco, inter signa Epi-

Epiphænomena ſunt ſigna Criſis, quæ nimirum ſpeciem ac tempus futuræ criſis prædicunt.

Eſt autem Criſis duellum naturæ & morbi, unde repentina mutatio fit ad ſalutem vel mortem, ad melius vel deterius. Seu, ut Avicenna definit ſecũda quarti: Eſt alteratio ſubitò facta aut ad latus ſanitatis, aut ad latus mortis.

Criſis tamen in quantum criſis, pluries terminetur ad ſalutem, quam ad mortem, ac potius debetur ſanitati quam morti. Ratio hujus eſt: quia criſis in ſe effectus eſt naturæ naturaliter operantis propter finem bonum, quæ ſic operans non tentat commovere materiam, nec ſeparare nocivum à juvativo, niſi materiâ digeſtâ, ſuper quam digeſtam victorioſa utplurimum eſt; & hoc

rarò fallit, crisi existente completa. In febribus autem pestilentibus, & ubi materia est valdè maligna, utplurimum crisis ad mortem est, quia malignitatem natura superare nequit.

Habetq; crisis tres partes. Prima est, in quâ natura materiam morbi commovet, separando nocivum à juvativo, ipsumq; nocivum vel derivando versus loca expulsionis ad extra corpus, vel membra corporis ignobiliora: Et vocatur hæc pars commotio antecedens.

Secunda pars est, in qua natura evacuat & corpore expellit, quod in prima parte separatum fuit atq; directum ad loca expulsionis: Et vocatur hæc pars Evacuatio.

Tertia pars est, in qua repentina fit alteratio ad salutem.

Acci-

Accipiendo igitur crisin in latiori significatione complectitur has tres partes. Propriè autem & strictè accipiendo, ipsa solùm est alteratio subitò facta aut ad sanitatis, aut ad latus mortis.

Estq; perfecta, vel imperfecta.
Perfecta ægrum perfectè à morbo liberat.
Estq; salutaris, aut lethalis.

Salutaris ut sit, requiruntur hæc: 1. Ut sic εὔσημος, id est, bonis signis & pepasmi notis præindicata. Nulla enim crisis fit bona in cruditate: neq; salutaritèr quicquam fieri potest, quod antè significatum non fuit signis apparentibus ad tempus & ad speciem ipsam crisis. 2. Manifesta, id est, cum caussis criticis, excretione quippe perfecta, vel abscessu. 3. Die critico contingat. 4. Fida, in qua nihil reliquiarum superest. 5. Secura, id est, sine pe-

riculosis symptomatibus, & cum ægri tolerantiâ 6. Conveniens naturæ morbi & ægri.

In bona itaq; & laudabili crisi necesse est coctionem præcedere, postea separare, deniq; expellere. Atq; ideò crisis nunquam fit in principio, neq; in augmẽto morbi universali; sed in statu. Neq; etiam in declinatione: quia quando commotio fit materiæ, symptomata maximè intenduntur, in declinatione autem eadem jam sunt remissa. Hinc & Gal. 3. Cris. pronunciavit: Melior crisis est in hora status ægritudinum.

Lethalis crisis contraria salutari habet omnia.

Imperfecta rursus est duplex. Una ad melius, quæ non omninò aufert morbum, sed ægrum reddit alacriorem ad ferendum morbum.

Altera

Altera ad deterius.

Notandum tamen 1. non in omnibus morbis fieri crisin, sed duntaxat iis, qui ex vitiosis generati sunt humoribus: & 2. in frigidis ac regionibus borealibus rarissimè expectari criticas evacuationes.

Omnis autem crisis, vel excretione fit, vel abscessu.

Et ubi in aliquo morbo contingunt, juxta humorum varietatem & loci affecti naturam ipsæ quoq; variant. 1. Ut qui sanguine copioso referti sunt, iis in morbis critica evacuatio contingit vel per hæmorrhagiam narium, vel per phlegmonas, vel per cutis efflorescentiam.

Qui flavæ bilis copia molestantur, iis in morbis critica evacuatio contingit aut per biliosas alvi dejectiones, aut per biliosum

vomitum, aut per cutis totius pruritum, scabiemq; siccam.

Qui phlegmatis vitiosi exuberantia gravantur, eos in crisi natura liberat aut per vomitum pituitosum, aut per tumorem pedum, aut per œdemata.

Qui vitiosa atra bile affliguntur, iis in crisi evacuatio fit sive per nigras alvi dejectiones, sive per hæmorrhoidas, sive per tumores lividos ac nigros.

Qui offenduntur serosa humorum superfluitate, iis in critico die copiosus sudor profluit.

Qui ex mistis hisce humoribus laborant, iis pro diversitate humorum peccantium commistionis, diversæ quoq; & mistæ crises eveniunt.

11. Juxta partis affectæ naturam: ex capite per sanguinis è naribus eruptionem; ex ventriculo, per

lo, per vomitum; ex epate & ſplene, per alvi dejectiones, aut hæmorrhoidas, & urinam; ex renibus & veſica, per ſolam urinam; ex utero, per eruptionem menſium: ſemper fit critica evacuatio.

Signa autem futuræ hæmorrhagiæ ſunt, rubor faciei, capitis & colli dolor, arteriæ temporum vehementer pulſantes & micantes, hypochondrii diſtenſio fugax & ſine dolore, cum ſpirandi difficultate, viſus hebetudo & vitium, ita ut lucem averſentur oculi, lachrymæ profundantur involuntariè, & marmarigæ oculis obverſentur, imaginationis læſio, & falſa ſpectrorum, præcipuè rubeorum, apprehenſio, aurium tinnitus, & narium titillatio.

Vomitionis futuræ indicia ſunt, jactatio cum nauſea, cordis

 morſus,

morſus, ſputatio frequens, tenebricoſa viſio, & vertigo, labri inferioris tremor, linguæ amaror, crebra horreſcendi & ſubſiſtendi viciſſitudo, partes infra hypochōdrium frigidiores, cordis palpitatio, ſpirandi difficultas, pulſus durus & inæqualis, & acutus capitis dolor.

Excretionis per alvum futuræ indicia ſunt, ructus, flatus & crepitus ventris, dolor lumborũ, pulſus parvus & frequens, urinæ tenues & albæ atq; etiam aliquãtũm ſuppreſſæ.

Sudoris futuri indicia ſunt, urinæ ſuppreſſio ob translationẽ ſeri, rigor vellicato panniculo pulſus mollis, fluctuans, & nodoſus, maximè ſi ægro exteriores partes caleant, facies rubeſcat, cutis ſit mollis, & ſentiatur è corpore calidus quidam vapor, copioſus

piosus efferri, insomnia lotionis aquæ calidæ vel balnei.

Profluvii menstrualis futuri indicia sunt, æstus & gravitas lumborum, hypogastrii dolor ac tensio, symptomata quæ alioquin illis imminentibus evenire solent, tempusq; conveniens & ordinatum.

Urinæ profluvii futuri indicia ferè nulla sunt: si tamen coctionis & perturbationis criticæ præcesserint, nec hæmorrhagiæ, nec vomitus, nec alvinæ dejectionis, nec sudoris signa eluceant, verisimile est, per urinæ profluvium judicatum iri morbum, maximè verò si gravitas in hypogastrio, & ardor in pudendi extremo persentiantur, si item toto morbi decursu copiosas & crassas urinas minxerit: adde ætatem senilem & tempestatem hybernam.

Per hæmorrhoidas futuræ ſanguinis vacuationis indicia nulla traduntur: ſi tamen coctionis, ſuo die, & perturbationis criticæ ſigna apparuerint, nullaq; ſudoris, vomitus, hæmorrhagiæ, diarrhœæ, urinæ profluvii indicia obſervet Medicus, & conſueverit æger hæmorrhoidas pati, huic, veriſimile eſt, mox eſſe futuras.

Cæterùm quod jam criſin inſtantem attinet, eam indicant ſigna perturbationis criticæ, quæ quidem pro varia excretionis ſpecie varia exiſtunt, ut hactenus dictum eſt: attamen in genere hæc ſequentia quamcunq; criſin utplurimùm ſolent præcedere, capitis dolor ingens, turbatio rationis, jactatio & inquietudo incredibilis, ſitis inexplebilis, ſpirādi difficultas, pulſus inæqualitas, aliaq; gravia ſymptomata.

Quæ

Quæ ſi noctu fiunt, ſequenti die, ſi interdiu, ſequenti nocte criſis eveniet.

Horam autem, paroxyſmi ratio ac tempus indicat. Nam qua diei hora paroxyſmus advenire ſolet, & quod paroxyſmi tempus ægro eſt gravius, eâ hora & tempore criſis expectãda erit.

Jam etiam ad ſigna futnri abſceſſus; quæ vel ipſum abſceſſum indicant, vel ejus locum.

Ipſum abſceſſum prænunciant, longitudo morbi, ut ſi morbus 20. aut 21. diem exceſſerit, tunc plerunq; expectandus abſceſſus, quando nullus dolor affligat ob inflammationem aut aliam manifeſtam cauſſam; urinæ tenues & crudæ toto morbi decurſu, cum ſalutaribus ſignis apparentes; hyemale tempus, quo abſceſſus utplurimum fiunt;

nec

nec non crisis imperfecta. Consuevit enim natura sæpè excretionem criticam in abscessum convertere.

Locum abscessus, partem nempe corporis vel superiorem vel inferiorem prænunciant, humoris conditio, ut si tenuis sit, ad superiora potius, si crassus, ad inferiora viam affectabit; naturæ robur, hoc enim si validum, deorsum, procul, & pro dignitate morbi fiet; partis alicujus imbecillitas, ut si antè pars quæpiam laborârit, in eam morb⁹ decumbet, aut si in ipso quoq; morbo præ reliquis in aliqua parte singularis fuit molestia; ac deniq; meatuū sursum deorsumve spectantium conditio ac situs. Nam peculiaris est partium κοινωνία & rectitudo, per quam humoris decubitus non tam naturæ robore

quam,

quam à forma humoris elementari fieri solet: fit autem motus qui elemẽtarem formam sequitur ad perpendiculum & κατ' ὁμοιότητα (καθ' ὁμοιότητα?) θυμωρίαν.

DE MOTV CRITICO.

Quod motus criticus procedat ex influxu superiorũ, tali deducitur probatione: Quicquid adhæret uni, una via & ordine uno, adhæret illi per caussam & principium omnis mutationis & motus & variationis & alterationis, quæ & sunt & fiunt in omnibus inferioribus.

Atqui motus criticus adhæret uni viæ & ordini uni, ut patet per experientiam.

Ergò motus criticus adhæret illi per principium omnis motus ac mutationis, adeoq; provenit,

ex

ex motu & influxu superiorum, Solis præcipuè ac Lunæ.

Sicut enim Sol mutationes o peratur per motum suum in qua tuor quadris circuli Zodiaci in morbis chronicis: ita Luna in a cutis mutationes efficit motu suo per quatuor quadras signorum Zodiaci.

Nam dies etiam critici tam in chronicis attenduntur, quam in morbis acutis: & qui nume rantur in chronicis, insequuntur motum Solis; qui verò in acutis, imitantur motum Lunæ.

Et per quatuor quadras Solis distinguũtur quatuor anni tem-pora, secundum quæ aër diversi-modè alteratur processu Solis. Atq; hinc fit, quod morbus, qui incipit in hyeme, terminatur in æstate, & qui in vere incipit, ter-minatur in autumno: hinc etiam quod

quod qualibet harum quartarum moveantur in corporibus nostris humores, suis qualitatibus qualitate aëris illius quartæ proportionales; unde sanguis, qui temperatus est cum declinatione ad calidum & humidum complexione Veris proportionatur ac movetur; Cholera in æstate; Melancholia in autumno; Phlegma in hyeme.

Lunæ autem motus humores movet dupliciter, motu videlicet generali & speciali.

Generali sive communi, secundum quem Luna in lumine augmentatur ac diminuitur: ea enim crescente crescit omne humidum, in aqua, animalibus, arboribus, plantis, &c. & sic etiam humores & humiditates in corporibus hominum usq; ad plenilunium augmentantur, Lunaq;

decre-

decreſcente decreſcunt ac minuuntur.

Motu autem ſpeciali & proprio movetur Luna per 12. ſigna Zodiaci, in quibus 4 efficit quadras diverſificatas qualitatibus & figuris ipſius Lunæ: atq; illis in quadris movetur humor qualitatibus cujusq; quadræ proportionalis; unde dicitur in prima moveri ſanguinem, in ſecunda choleram, in tertia melancholiam, in quarta phlegma.

Veruntamen Sol & Luna, reliquiq; Planetæ, atq; etiam ſtellæ fixæ diverſimodè operantur faciendo criſin. Sed Sol & Luna manifeſtius mutant corpora inferiora ſuis motibus, lumine & influentia in 12. ſignis Zodiaci, adhuc tamen magis Luna ob ſui propinquitatem ad nos. Nam ita Galenus quoq; ait 3. de diebus

decre-

ecretoriis (nam c. 2, 3, 5, 6. per
uam aptè dies criticos à Lunæ
notu definivit) Luna ſignificat
uper dies, qualiter erit diſpoſitio
ominis in iis, & in ægritudine
ua, & in ſanitate ſua. Nam ſi ap-
licentur Lunæ ſtellæ erraticæ
ortunatæ, erunt illi dies homini
onvenientes. & terminatur cri-
s utplurimùm in bonum : at ſi
pplicentur ei ſtellæ infortuna-
æ, erunt illi dies homini dies læ-
onis ac triſtitiæ, criſiſq; termi-
abitur in malum.

Nam homo naſcens quivis, ſe-
undum cœli, tempore nativita-
s, conſtellationem, ſortitur na-
uram, temperamentum & ani-
ni mores diverſos prout nimi-
um aër per fortiſſimam ſpiritu-
m aſtralium imaginationem &
eſpectum ad ſe invicem fuit af-
ectus. Cum enim ex aëre homo

ſpi-

ſpiritum ducat, & Mercurialia
aliàs ad transmutationem aliorũ
apta ſint, qualis aër, & facile alio-
rum naturam recipit, totiusque
cœli impreſſiones perſentiſcit.
Ita plurimi mortalium morbos
incidunt, cum ratione cœleſtis
motus & revolutionis vel qua-
dratus vel oppoſitus radius ma-
lefici ferit eum Planetam, qui
tempore γενέσεως malè ab infortu-
nis aſpiciebatur. Illa enim per
aërem inſpirata in nativitate cõ-
ſtellatio occultè in viſceribus o-
perta, facilimè actuatur per re-
vertentem ſimilem. Unde &
Hippocrates non minimum eſſe
pronunciavit, quod ad Medici-
nam Aſtronomia conferat, lib.
de aëre aquis & locis; replicante
id ipſum Galeno in Or: quod Med.
deb. eſſe Phil. ſiquidem ſine ſtel-
larum congreſſu nihil in rebus
humanis

umanis aut valetudinarium est ut sanum, ut loquitur Trisme-istus in Jatromath.

Exemplum de hoc ponit Ga-enus, quod cum homo nascitur, & fortuna reperitur in Ariete, ac nfortunium in Tauro, tunc ho-no iste, procul dubio, quando Luna est in Ariete aut Libra, vel nCancro aut Capricorno, dispo-itionem habebit bonam: Sed quando est in Tauro, aut ejus si-gno opposito, aut signis quadra-is à Tauro, ut sunt Scorpio, Leo, Aquarius, tunc dispositio ejus rit mala, atq; etiam ægritudi-nes, quæ accident ei, deteriores; contrà verò illæ ægritudines, quarum initium est dum Luna novetur in Ariete, Cancro, Li-bra, aut Capricorno, sunt salvio-es ægritudinum ejus, atq; ut ex is evadat digniores. Insuper & hoc

hoc Galenus dicit: Nos invenimus, quod omnium, quæ accidunt in Numero dierũ, in omnibus rebus, caussa non est nisi Luna.

Operatur autem Luna in terminatione morborum tribus potissimùm modis: 1. per operationem manifestam, mutando aërem, 2. per operationem quam habet transeundo per loca opposita & quadrata in Zodiaco; 3. & per operationem fortunii vel infortunii, prout nimirùm fortunatur vel infortunium patitur.

Sol autem de his tribus operationibus potissimùm habet primam ac tertiam. Per primam enim, aëris nempe mutationem manifestam terminat morbos longos. Per tertiam, quæ est per modum fortunii vel infortunii efficit crisin, sicut & quilibet alius Planeta.

Reli-

Reliqui deniq; Planetæ ac ſtellę fixę principaliter tertiam operationem habent, ſecundũ fortuniũ ac diſſortunium. Aliquid tamen cooperantur quoq; per primam, quando per aſpectum, quẽ habent ad Solem, in determinatis locis Solem adjuvant, aërem vel calidiorem, vel frigidiorem reddendo.

DE DISTINCTIONE
Dierum Criticorum juxta Medicos.

D*Iſtinguunt Medici dies criticos trifariam.* Aliqui enim ſunt verè & perfectè critici, quos vocant Principes, vel *Radicales*, vel *Decretorios* : aliquos Indicativos, ſeu Contemplabiles, ſeu Internuncios : aliquos Intercidentes, vel Intercalares, vel Irrepentes, vel Provocatorios appellant.

Reliqui ſunt Vacui & Medicinales dicti, qui nec indicant, nec judicant, nec provocant, & quibus cathartica exhibentur; quæque illis eveniunt criſes utplurimum malæ ſunt. Sunt autem dies 6.8.10.12.16.18.

Intercidentes dies ſunt, qui inter principes decretorios & indices intercidunt, in quibus quandoq; criſes contingunt irritata natura à materia morbifica: & hi dies ſolum in morbis bilioſis acutis attenduntur, quia tantum iſtorum morborum materia talis eſt, quæ poſſit ſtimulare naturam, ita ut moveatur ad expulſionem, non expectata naturâ ſuperiorũ; talis enim eſt materia cholerica, cujus eſt movere de tertio in tertium, & ſic de tertio in tertium naturam ſtimulare. Atq; ideò hi dies per ternarium cum replicatione

catione tertiæ diei computantur, hoc modo: 1.2.3. 3.4.5.5.6.7. (hic verò est criticus) 7.8.9. 9.10. 11. (hic verò est index decimi quarti) 11.12.13. Vocantur & hi dies à Rhase 19. continentis, critici mendosi, de quibus dixit: Cadentes in medio intelliguntur esse illi qui non sunt septimi, nec quarti. Item: Crisis in morbis acutis, utplurimùm fit in diebus intercidentibus.

Indicativi dies sunt, qui crisin septenario futuram indicant. Si enim illis diebus salutaria elucent vestigia, quæ signa sunt co-ctionis, tunc die principi & radicali salutaris crisis speranda est; sin lethalia, lethalis crisis expectanda. Judicant interdum & hi dies, sed imperfectius, estq; exigua eorum vis, propterea Indices verius magisq; propriè,

quam Judices dici debent. Sunt autem dies Indices, qui currunt per numerum quaternarium, resultantes per divisionem septimanæ sive quadraturæ Lunæ in duas partes. Sunt autem in quolibet mense lunari quatuor, scil. 4. 11. 17. 24. proceduntq; hi dies per quaternarium, semper cum replicatione quarti, præterquam in quaternario secundo cujuslibet vigenarii numeri, unde dies septimus qui est secundus quartus vigenę primæ non replicatur. Computantur ergò sic: 1. 2. 3. 4. 4. 5. 6. 7. jam septimus dies non replicatur, sed tertius quaternarius incipit die octavo & computatur sic: 8. 9. 10. 11. & iterum 11. 12. 13. 14. ita deinceps 14. 15. 16. 17. rursus, 17. 18. 19. 20. Atq; sic etiam computandum est in aliis numeris vigenariis, ut 21. 22. 23.

24. rur-

24. rurſus, 24. 25. 26. 27. jam iterum ſeptimus dies utpote ſecundus quartus vigenæ ſecundæ non replicatur, incipitq; tertius quartus die vigeſimo octavo, ſic: 28. 29. 30. 31. iterum, 31. 32. 33. 34. ita deinceps, 34. 35. 36. 37. rurſus, 37. 38. 39. 40. & hac ratione conſequenter uſq; ad vigenarium ultimum, qui eſt 120. dies.

Dies perfectè critici, radicales, principes, ſeu decretorii (ſic dicti, quod quæ his diebus contingunt criſes perfectæ criſeos nomen habent) currunt per ſeptenas, ſuntq; eorum in menſe lunari quatuor: 7. 14. 20. 27. & computantur ſic: Cuilibet numero vigenario dentur tres ſeptimanæ, & primus ſeptimus numerus ſive ultimus primæ ſeptimanæ dies non replicatur cum prima die ſecundæ ſeptimanæ, ſed disjunctim nume-

rantur, verùm secundus septimus qui ultimus est septimanæ secundæ replicatur cum primo septimanæ tertiæ; atq; ita computantur septimanæ: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. postea 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. jam secundus septenarius replicatur 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Simili modo computantur & reliqui vigenarii numeri, qui vocantur à Medicis Periodi universales in crisibus sive diebus criticis, & computantur sic: Primi vigenarii terminus est dies 20. secundi 40. tertii 60. quarti 80. quinti 100. sexti 120.

Nam in quibus morbis non subitò fit exclusio materiæ morbificæ, ea ut longa die vincatur spes est, & tunc vicenis motibus natura agitat materiam, usq; ad diem 120. qui cum 4. impleat menses, initium erit postmodum

qua-

quaternionum menſtruorum.

Numerationem verò dierum auſpicabimur ab eo die, quo lucidè vio' ta actio in ægris conſpicua eſt. Ita in puerpera dies computamus à doloribus partus, non ab eo die quo cœpit febricitare, in illis nempe febribus, quæ ſecundo aut tertio die partum ſequuntur, quoniam illi humores ſequuntur motum factum in die partus: ſed ſi poſt aliquot dies oboriatur febris, ex alia cauſſa hæc nata fuit.

In intermittentibus autem febribus non propriè dierum, ſed periodorum duntaxat habetur ratio.

Hi ergò dicti dies ſunt quaſi Judices & arbitri belli naturæ ac morbi, atq; de victoria illius vel hujus pronunciantes, longo uſu & experientia à Medicis ita notati.

TABULA DIERUM AC PEriodorum usque ad 120.

1.
2.
3. Intercidens.
(4. 4.) Index septimi.
5. Intercidens.
6. Vacuus.
7. Criticus radicalis.
7. *Quaternarius secundus vigena prima non replicatur.*
8. Vacuus.
9. Intercidens.
10. Vacuus.
(11. 11.) Index decimi quarti.
12. Vacuus.
13. Intercidens.
(14. 14.) Criticus radicalis.
15. Intercidens.
16. Vacuus.
(17. 17.) Index vigesimi.
18. Vacuus.
19. Intercidens.
20. Criticus radicalis. Terminus vigenarii primi.

21.
22.
23.
(24. 24.) Index vigesimi septimi.
25.
26.
27. Criticus quartus in mense lunari.
27. *Quaternarius secundus vigena secũda nõ replicatur.*
28.
29.
30.
(31. 31.)
32.
33.
(34. 34.)
35.
36.
(37. 37.)
38.
39.
40. } Terminus vigenarii { II.
60. } Terminus vigenarii { III.
80. } Terminus vigenarii { IV.
100. } Terminus vigenarii { V.
120. } Terminus vigenarii { VI.

DE

DE DIEBUS CRITICIS *secundum Iatromathematicos.*

LOngo usu & experientia fœliciores in crises notati à Medicis fuerunt dies 7.14.20. sed ferè sine rationibus. Cum verò animadversum sæpè sit, non hisce diebus semper, sed etiam 8.15.21.crises evenisse, ideoq; caussam motus dierum criticorum ex motu Lunæ dependere sedulis atq; ingeniosis indagatoribus compertum fuit. Cum enim Luna insita sua virtute in corporibus animantis gubernet ac moderetur, Sol verò suo calore spiritus vitales regat, in conjunctione, ☌, & oppositione, ☍, quadratoq; aspectu, □, horum duorum corporum, nec non reliquorum Planetarum configurationibus beni-

benignum malignumve conſpirantibus, variæ fiunt mutationes & conturbationes in corporibus noſtris.

Avicenna de diebus radicalibus criticis ita docuit: quod nimirum impreſſio Lunæ, quæ ſuper dies criticos fit, ſit vehementior, quando Luna eſt ſecundum diſpoſitionem oppoſitionis ejus in qua fuit, deinde ſecundum quadrationem, hoc eſt, quando fuerit in quarto aſpectu Solis, & hoc per diviſionem revolutionis Lunæ ad medietatem, deinde ad medietatem medietatis. Et ſic Avicenna tetigit duos aſpectus Lunæ ad principium in quo fuit, qui ambo ſunt aſpectus inimicitiæ atq; inchoatum morbum, atq; ideò juvant naturam contra morbum.

Primus itaq; aſpectus eſt Oppoſitio,

positio, ☍, quæ fit quando Luna motu suo devenit ad signum, quod in Zodiaco opponitur isti signo in quo morbus incepit; ut si inchoaverit morbus Luna existente in Ariete, oppositum signum est Libra.

Zodiacus, qui à Latinis signifer appellatur, est circulus obliquus primi mobilis, & dividitur in 12. partes æquales, quarum characteres, numerum, nomina, ordinem, ac invicem oppositiones hic videre est.

♈ 1. Aries.	♉ 2. Taur.	♊ 3. Gem.	♋ 4. Canc.	♌ 5. Leo.	♍ 6. Virg.
♎ 7. Libra.	♏ 8. Scorp.	♐ 9 Sag.	♑ 10 Cap.	♒ 11. Amph.	♓ 12. Pisces.

Unumquodque horum signorum 30. continetur gradibus, & Zodiacus totus 360. gradibus sive partibus æqualibus

circuitur. Unusquisq; gradus secatur in 60. partes æquales, quæ minuta sive scrupula prima nuncupantur, Unumquodq; minutum iterum in 60. partes æquales partitur, & vocantur secunda, sive scrupula secunda. Unumquodq; secundum pari modo dividitur in 60. portiones æquales, & vocantur partes tertiæ, sive scrupula tertia. Pari ratione unumquodq; tertium in 60. quarta dividitur: Unumquodq; quartum in 60. quinta: unumquodq; quintum in 60. sexta, sic deinceps.

Secundus aspectus vocatur aspectus quartus □, & fit, quando Luna tria signa confecit, id est, 90. gradus Zodiaci à puncto seu signo in quo morbus incepit: ut cum fuerit ☽ in ♋ inchoante morbo, & pervenerit ad ♎, tunc perfecit quadraturam circuli signorum sive quartum aspectum, quod semper die 7. vel 8. contingit;

git;

git; & hic minoris maliciæ censebitur quàm oppositus.

Habet præterea & Luna adhuc duos alios aspectus ad id in quo fuit in principio morbi, quorum unus vocatur Sextilis, ✶, & est quando Luna peragit sextam partem circuli, hoc est, duo signa, ut cum ☽ fuerit in ♈ & pervenerit ad ♊, dicitur esse in aspectu ✶ ad signum ♈, & aspectus amicitiæ imperfectæ, fit die 4.

Alter aspectus vocatur Trinus △ quando Luna peragraverit tertiam partem circuli, hoc est, quatuor signa, ut si ☽ fuerit in ♈ & pervenerit ad ♌ dicitur esse in aspectu △ ad signum ♈, & aspectus perfectæ amicitiæ.

Nonnulli dicunt quod ☽ peragrando 12. signa Zodiaci à ☉ recipiat octo varietates figurarum, quatuor nempe in suo ascensu

versus oriens, & quatuor in suo descensu versus occidens; & hoc in parte qua illuminatur à Sole.

Prima est quando ☽ à ☉ distat 45. Gr. h. e. signum cum dimidio, quæ dicitur figura navicularis, quam recipit 4. die.

Secunda est quando ☽ à ☉ distat 90. Gr. h. e. tria signa, & dicitur quadrata, adveniens ei cum est media, quam recipit plerunq; die 7. unde hunc diem posuerunt criticum.

Tertia est cum ☽ à ☉ distat 136. Gr. h. e. 4. signa cum dimidio, & dicitur figura gibbosa quã recipit 11. die.

Quarta est cum ☽ à ☉ distat 180. Gr. h. e. per 6. signa, & dicitur figura plena, quam recipit 14. die: ob hoc 14. dicitur Criticus.

Quintam figuram quæ prima est descensus recipit die 17.

Sextam

Sextam ſive ſecundam deſcenſus plerunq; die 20. qui iterum criticus.

Septimam ſeu tertiam deſcenſus die 24.

Ultimam die ☌☽ cum ☉ 27. qui ultimus criticus in menſe.

Sed tamen hæc omnia ſecundum ☽ celeritatem ac tarditatem accipienda ſunt.

Qui Ptolomæum ſequuntur (monentem ut ſuper ægrotis inſpiciantur dies critici & figura 16. laterum, centiloq. verb. 60.) Zodiacum ac totum cœlum dividunt in 16. partes æquales ſive angulos, & unicuilibet parti 22. Gr. 30. Min. attribuunt.

Primum autem angulum inter initium morbi & primum Indicativum appellant Intercidentem.

Secundum angulum primæ criſis

sis Indicativum, & est dimidius quadratus, continens Gr. 45.

Tertium angulum inter Indicativum & primam crisin rursus Intercidentem nominant.

Quartus autem angulus, qui & quadratus dicitur, secunda crisis est.

Ita igitur inter morbi initium & secundum criticum angulum Intercidentes duo, & unus Indicativus erit.

Atq; tot in unaquaq; reliquarum trium quartarum anguli numerantur, atq; ita 16. anguli conficiuntur.

Non solum ergò quatuor, sed vel quinq; etiam strictè numerati erunt dies critici principales secundum hanc figuram Ptolomæi.

1. ☌ Primus criticus dies est morbi initium & vocatur Conjunctio;

ctio: interdum enim morbi & primâ ſtatim die ſolvuntur.

2. □. Secundus quadratus ab initio morbi & prima conjunctione, continet 90. gradus; fit plerumq; 7. die.

3. ☍ Tertius Oppoſitionis, continet 80. Gr. fit die 14.

4. □. Quartus iterum quadratus ab oppoſitione & uſq; ad morbi initium fit plerumq; 21. vel 20. die.

5. Cum ☽ iterum pervenit ad locum in quo fuit in morbi initio fit criſis, & illa plerumq; accidit 27. die & quarta unius parte, iterumq; conficitur ☌.

FIGURA XVI. *LATErum ſecundum Ptolomæum.*

UNumquodq; latus continet 22. Gr. 30. Min.

Et

Et ☽ pervenit ab uno latere ad aliud duobus ferè diebus.

Et hæc latera composita sunt ex quadratis: quia perfectus □, qui est 90. Gr. fecit diem criticum.

Dimidius □, qui est 45. Gr. fecit Indicativum.

Quarta pars □ Intercidentem. ut ex adjecta tabula videre est.



D

DE MODIS EXACTE *Indagandi dies criticos secundum Astronomos.*

AD inveniendum dies criticos, in principio morbi videas ex Diario vel Ephimeridibus, in quo signo & gradu progrediatur Luna, & adde super locum ejus pro 7. die 90. gradus, pro 14. die 180. gradus, pro die 20. vel 21. 270 gradus, pro die 27. vel 28. adde 360. gradus: & habebis locum Lunæ ad diem Criticum, inchoãdo computationem signorum à signo in quo ☽ fuit in morbi principio.

Exempli gratia: Invasit aliquem morbus ☽ existente in 10. gr. ♈, cum vellem habere diem criticum primum, addidi ad locum ☽ 90 gradus, h. e. ad 10. gradum ♈, & provenerunt 100. gradus,

dus, qui faciunt tria signa 10. gradus, dando cuilibet signo 30. gradus, modò numerando tria signa 10. gradus ab ♈, provenit ☽ ad 10. gradum ♋ die 7. à die inchoationis morbi.

Sed ad inveniendum diem criticum secundum, addidi diei principii morbi ad locum ☽. videlicet ad 10. gradum ♈ 180. gradus, & venerunt 190. gradus, qui faciunt 6. signa 10. gradus, modò numerando 6. signa 10. gradus i. e. 190. gradus, ab ♈, provenit ☽ 14. die à die principii ad 10 gradum ♎. Et sic de aliis.

Jam si ☽ benè disposita fuerit in aliquo dierum criticorum, tunc infirmus melius habebit: crisisq; terminabitur ad bonum: nisi, inquam mali impediant corporaliter, vel per ☍, vel □. sine receptione. Nam si in aliquo illo-

lorum dierum ☽ fuerit impedi-
a & malè diſpoſita à ♄ vel ♂,
unc aggravabitur & pejùs habe-
bit infirmus, præſertim ſi tunc
uerit in ☌ domini ſextæ domus
ora invaſionis morbi, ſeu nati-
itatis ægroti; quoniam ſi ſic,
dubitabitur de infirmo. Si autem
malus ille impediens dominus
uerit domus octavæ, tunc infir-
mus morietur.



Figuram domorum cœleſtium cum arundem brevi explicatione hîc inſere-e non inconveniens viſum fuit: qua-um aliquæ vocantur Anguli, aliquæ uccedentes, & quædam cadentes, ut n præpoſito Schemate videre eſt.

In angulis omnia ſunt fortunata & fortia.
Succedentes ſunt in omnibus mediocres.
Cadentes auferunt, debilitant, pauperant.

Proprietates ſingularem domorum omprehenduntur ſequentibus verſi-ulis:

1. 2. 3. 4. 5. 6.
Vita, lucrum, fratres, genitor, nati, valetudo,
7. 8. 9. 10. 11. 12.
Conjunx, mors, pietas, laus, fidus amicus, & hostis.

FIGURA DOMORUM Cœlestium.



PRIMA *domus, quæ* VITA *vocatur Angulus orientis est & Horoscopus significat vitam corpusq; nati, & interrogan-*

rogantis & omnium rerum electionem, vitæ & nativitatis principium, nutritionem, valetudinem, constitutionem corporis, virtutem ac debilitatem nati, in sanitate & ægritudine complexionem & mores animi, propriam industriam & staturam, primam ætatem.

Est Septentrionalis, Phlegmatica, Masculina, Alba.

Praeest capiti, & faciei, ejusq; partibus, ut oculis, auribus.

Gaudium ☿. Consignificator ♄ & ♈. Prima domus fortior est reliquis.

SECUNDA, quæ SPES vocatur, est succedens Horoscopi locus piger, & Septentrionalis, Phlegmatica, Fœminina, Viridis. Significat lucrum, victum, census, supellectilem, auxiliatores, ministros, & emptiones.

Præest collo & cervici, gutturi & glãdulis. Consignificator ♃ & ♉. Hanc domum fortunat ♃: Infortunat ♂ & ☉.

TER-

TERTIA, quæ FRATRES nuncupatur, est Cadens ab Horoscopo Septentrionalis, Phlegmatica, Masculina, Crocea. De fratribus, sororibus, amicitiis, fide & religione, mutationibus, itineribus minoribus ac consobrinis nobis cuncta refert, hospitalitatem rumores novos.

Significat brachia, humeros, manus,

Gaudium ☽. Consignificator ♂ & ♊. Hanc domum fortunat ☿ : infortunat ♂ & ♄.

QUARTA, quæ GENITOR vocatur, est Angulus mediæ noctis, Occidentalis, Melancholica, Fœminina, Rubea. De Patribus, ædificiis, terris hæreditatibus antiquis, non tamen de hæreditatibus mortuorum, omnibusque immobilibus, ut de castris & similibus, ac de absconditis thesauris, & omnibus sepultis, ac fine rerum, certum utcunque indicium ex hac domo elicimus. Deno-

tat

tat etiam agriculturam, fodinas metallicas, res occultas, & portendit an nato post obitum honores, aut opprobria evenient. Significat vitæ exitum.

Consignificator ☉ & ♋. Habet pectus, pulmonem, splenem. Hanc domũ fortunat ♀: infortunat ♂ & ♃.

QUINTA, quæ NATI dicitur, est succedens imo cœli, occidentalis, Melancholia, Masculina, Mellita.

Liberis, dilectionibus, legatis & donationibus præest, bona fortuna cognominatur, decernitq; gaudia, res Venereas, voluptatum illecebras, lauta convivia, munera & donationes, vestimenta, ludos.

Habet stomachum, epar, cor, nervos, latera, dorsum.

Gaudium ♀. Consignificator ♀ & ♌.

Hanc domum fortunat ♀: infortunat ♂ & ♄.

SEXTA, quæ VALETUDO vocatur, est cadens ab imo cœli, occiden-

talis, Melancholica, Fœminina, Nigra. Infirmitates, servos & ancillas significat, animalia parva & domestica, vitia corporis, familiaritates, & quicquid ante senectutem venturum est, mutationes etiam de loco in locum.

Habet inferiorem ventrem cum intestinis usq; ad podicem.

Gaudium ♂. Consignificator ☿ & ♍.

SEPTIMA, *quæ* CONIUNX *vocatur, est Angulus occidentis, Meridionalis, Cholerica, Masculina, Nigra. Nuptiarum, mulierum, contentionum, bellorum, apertorum inimicorum, latronum, exulum & medietatis finis vitæ domus est: item vendendi, emendi & fugitivorum; furta, rapinas, & omnis generis scelera denotat.*

Præest femoribus, renibus & lumbis, habet umbilicum usq; ad clunes.

Consignificator ☽ & ♎.

OCTAVA, *quæ* MORS *vocatur*

ej

eſt Epicataphora, ſuccedens ſeptimæ, Meridionalis, Cholerica, Fœminina, Alba. Mortem, laborem, triſtitiam, mortuorum hæreditatem, & finem vitæ nobis præſagit: Venena lethalia, incantationes, pavores notat.

Præeſt vulvæ, veſicæ, teſticulis, reni.

Conſignificator ♄ ♏.

NONA, quæ PIETAS vocatur, eſt cadens ab occaſu, Meridionalis, Cholerica, Maſculina, Nigra. In hac religio, fides, viſio, deitas, cultura, rumores, ſomnia, ſectæ, ſapientia & divinatio, ſcientiæ, legati, futurorum narratio, dimidium vitæ, & longa itinera prænoſcuntur.

Præeſt coxis, natibus & podici, cum femoribus.

Gaudium ☉. Conſignificator ♃ ♐.

Hanc fortunat ☉: infortunat ♂, ♄.

DECIMA, quæ LAUS vocatur,

est Angulus medii cœli, Orientalis, Sanguinea, Fœminina, Rubra.

Regia domus est: Ex hac enim dili Imperiis, dignitatibus, officiis, artibus exercendis, matribus, & substantiæ furtìm sublata cognoscimus cuncta, significatq; dimidium annorum vitæ, ex hac etiam tractandorum studiorum & artium genus discimus.

Præest genibus & popliti.

Consignificator ♂ & ♑.

Hanc fortunat ☉ & ♃, infortunat ♂, ♄.

UNDECIMA, *quæ* FIDUS AMICUS *sive* BONUS Dæmon *vocatur, est succedens decimæ, Orientalis, Sanguinea, Masculina, Crocea.*

Est spei, fortunæ, fiduciæ, laudis, amicorum, eorum qui proximè ad regem accedent, ut consiliariorum domus est, & ea etiam de laudibus judicium capitur.

Præest cruribus inferioribus usq; ad talos.

Gaudium ♃. Consignificator ☉ & ♒.

Hanc fortunat ♃. infortunat ac dedecorat ♂ & ♄.

DUODECIMA, *quæ* HOSTIS, *seu* Malus Dæmon *vocatur, est cadens à medio cæli, Orietalis, Sanguinea, Fæminina, Viridis. De inimicis occultis, deceptoribus, invidis, mæroribus, laboribus, paupertate, malis cogitationibus, susurrationibus, meretricibus, majoribus & ferocibus animalibus, ac de his omnibus sive bonis sive malis quæ in partu mulieribus accidunt, verum definitumq; dat judicium.*

Talos cum pedibus habet.

Gaudium ♄. Consignificator ♀ & ♓

Cæterùm, ut ad scopum redeamus, quicunq; jam crisin rectè judicare cupit, is benè examinet verum locum ☽, in longitudine & latitudine, in velocitate

ac tarditate. Cum enim ☽ est in aspectu □ ad locum suum, in quo fuit in morbi principio, tunc movet crisin, id quod communitèr fit 7. die, (præter rationem aspectus, & hac etiam caussa) quoniam tunc ☽ pervenit ad signum contrarium signo in quo erat in morbi principio: E. G. Ponamus ☽ fuisse in principio morbi in ♈, ea quandò pervenerit ad □ aspectum h. e. ♋. generabit crisin, ideò quod ♈ est signum calidum siccum, & ♋ frigidum humidum, quæ sunt qualitates contrariæ. Et 14. die communitèr ☽ pervenit ad signum ☍, unde & hæc critica appellatur. Dehinc 20. vel 21. die attingit aspectum □ secundum. Die autem 27. vel 28. revertitur ☽ ad signum & locum, in quo fuit in morbi principio.

Est

Eſt & diei 4. quædam ſimilitudo ad diem criticum, ſimiliter 11. & 17.

Inſuper hoc in loco ſummè notabis, quod motus ☽ variatur propter diſtantiam Zenith circuli ejus à centro terræ, nec non propter motum quem habet in epiciclo, unde hæc motus variatio in cauſſa eſt, quod in aliquo die ☽ movetur 15. gradus, alio 13. aliquando autem minus 12.

Cum ergò ☽ velox fuerit curſu, pervenit ad □ aſpectum poſt diem 6. à principio morbi, cum horis aliquibus, computando ab hora decubitus uſq; ad conſimilem horam.

Si tarda fuerit ☽, pervenit ad □ aſpectum poſt 7. dies perfectos ac dimidium ferè.

Si autem ☽ in curſu fuerit mediocri, pervenit ad □ ante 7.

 diem

diem completum quinq; horis fere.

Conveniens autem est aspectum ☍ esse in die 14. Si tamen ☽ fuerit velox cursu, contingit crisin esse 13. die: sed hoc raro accidit.

Sic propter motum mediocrem ☽, convenit diem crisis esse 20. vel 21.

Consimilis ratio est de die 27. aut 28.

Dies autem 5. interdum quoq; est dies crisis, cum aspectu ⚹ ☽ sic ad locum primum in quo fuit principio morbi. Item 12. & 11. quandoq; dies, quando ☽ fuerit in aspectu △, & est cursu tarda. Similiter & dies 9. si ☽ fuerit velox.

Ex his itaq; instar meridianæ lucis clarum apparet; quod isti multum errent, qui dicunt, 7. 14.

20. 27.

20. 27. dies ſolos & ſemper eſſe criticos: cum dies critici ſecundum diverſum ☽ motum diverſimodè quoq; varientur, ut dictum eſt.

Proinde ſi quis ad amuſſim criticos dies inveſtigare voluerit, is conſideret ſignum & gradum in quo ☽ fuerit tempore primi decubitus in lectum, aut quando morbus ſenſibiliter ægrotum invaſit; deinde quando motu ſuo confecerit duo ſigna & pervenerit ad tertium, à ſigno in quo ſteterat horâ invaſionis morbi, & ad ſignum quartum, ad quintum, ad ſeptimum, ad nonum, decimum & undecimum, nam tunc incitabitur natura contra morbum, & criſin cauſſabit, atq; hoc maximè in quarto, quinto, ſeptimo ac decimo ſigno. E. G. Ponamus aliquem ægrotare cœ-

piſſe 6. die Martii in meridie per-agrante ☽ 25. gradum 3. minutum ♊, modo cum pervenerit ad ✶ aſpectum, h. e. ad tertium ſignum, nemqe ♌, quod fit 4. die à principio morbi, tunc natura aliqualitèr concitabit morbum, & indicabit quid futurum ſit die 7. unde & Medici hunc diem 4. nuntiativum ſeu Indicativum dixerunt, & futura criſis die 7. præſignificabitur die 4. nuntiativo poſt meridiem illius diei, circa horam 11. ubi tunc ☽ pervenerit ad 25. gr. 3. minutũ ferè ♌. Cum a. ☽ pervenerit ad □ aſpectum h. e. ♍, ejuſdemq; 25. gradum, 3. minutum, quod fit 7. die ab horâ invaſionis morbi poſt meridiem hora 3. tunc criticabit.

Sed ſi attinget aſpectum △ h. e. ♎, quod fit die nona, tunc nunciabit fit futurum fit in die ☍ ſeu decima quarta.

In

In opposito v. signo ♐ cum morabitur, h. e. 14. die à die principii morbi, concitabit maximè naturam contra morbum, unde & in hoc exemplo 14 dies critica dies dicetur. Et sic de aliis aspectibus exemplificandum erit, puto de △, □, & ✶ dextro, uti in sequenti figura videre est.

♊. 25. grad. 3. minut. principium morbi 6. die Martii.

✶ ♌ 25. gr. 3. min. die 4. crisis post meridiem circa horam ferè 11. est nunciativus.

□ ♍ 25. gr. 3. min. die 7. critica, & incipit crisis ante meridiem tribus horis ubi ☽ pervenerit ad 25. gr. ♍.

△ ♎ 25 grad. 3. min. die 9. post meridiem hora ferè octava, ubi ☽ pertingit 25. gr. ♎, & plus est Indicativa quàm critica.

☍ ♐. 25. gr. 3. min. 14. die critica

tica poſt meridiem, hora ferè octava.

△♒ 25. gr. 3. min. Indicativa 19. die poſt meridiem, circa horam ferè primam; quandoq; etiam criticat.

□♓ 25. gr. 3. min. critica die 21. ab hora inchoationis morbi, & criticat poſt meridiem 15. horas.

✶♈ 25. gr. 3. min. die 23. poſt meridiem hora ſeptima ferè.

Dehinc ☽ progreditur iterũ ad ſignum ♊, die 2. Aprilis.

Et hi aſpectus menſis in ſequenti habentur figura.

Si hoc exemplum benè in memoriam imprimas, poteris facilimè prognoſticare quoſcunq; dies criticos, ſi hora decubitus ægri in lectum, aut hora quando ipſum primùm invaſerit morbus, tibi cognita fuerit, aut quando is-

do infirmitas hominem enormitèr invaserit, ita quod omninò se viribus destitui sentiat.



REGULAE ALIQVOT, quibus noscitur an crisis aut morbus in bonum vel malum terminabitur.

PRIMA. Si ☽ pervenerit ad aspectum □ aut ☍, sive ☌ aut a-

ſpectu alicujus Planetæ, & fuerit in domo ſua, aut exaltatione, eſt dimidium ſignum boni. Econverſo a. ſi fuerit in caſu ſuo, aut in oppoſito domus ſuæ.

SECUNDA. Si ☽ fuerit in principio morbi ſine aſpectu Planetarum, & in die criſis comperitur in aſpectu bono vel malo, bonorum aut malorum Planetarum, tunc renovabitur ſuper ægrum res bona vel mala, ſecundum naturam ſtellæ, quæ in cor Medici non aſcendebat.

TERTIA. Si eclipſin patietur ☽ vel in principio morbi, vel cum pervenerit ad □ aſpectum à principio morbi, vel ad ☍, illud eſt ſignum malum ſecundum eſſe ſeu conditionem eclipſis. Similitèr dicendum eſt de eclipſi ☉: & fortè ſecundum hanc infirmitas prolongabitur.

QUAR-

QUARTA. Si ☽ fuerit in principio morbi in aspectu planetæ sub radiis ☉, non judices nisi ac si nullus esset aspectus, & hoc similiter in diebus criticis; nisi ♄ aut ♃ orientales essent, & inter eos 6. gradus aut plus, tunc enim dimidium testimonium habent.

Si a. inter ♂ & ☉ minus fuerit 10. gradibus, ♂ orientalis, testimonium ejus malum: si ultra hoc fuerit usq; ad 15. grad. testimonium dimidium erit.

♂ autem cum ♄ & ♃ post 15. grad. testimonium eorum verum & firmum est, si fuerint orientales: Si v. hi tres fuerint occidentales, & inter ipsos & ☉ 15. grad. tunc testimoniũ eorum malum.

In ♀ a. & ☿ cõsidera, si sint oriẽtales minus 15. gradibus, testimonium eorũ malum est. Et si ♀ occidẽtalis, ac inter eam & ☉ 10. gr.

medium indicat testimonium.: & si habuerit latitudinem septentrionalem, testimonium ejus est firmum.

Si inter ☿ & ☉ 12. fuerint gr. testimonium ejus erit mediocre; & si latitudo ejus septentrionalis, testimonium ejus est firmum.

QUINTA. Considerandum est, quando pervenerit ☽ ad gradum, qui in longitudine similis est gradui loci sui in longitudine videlicet ☽, quæ est à conjunctione duorum circulorum à punctis æquinoctialibus, ut ♈ vel ♎, vel à punctis Solstitialibus, ut ♋ & ♑ sicuti est 10. gradus ♓ & 20. gradus ♈, & principium ♍ & finis ♈. & 10. gr. ♑ cum 20. ♊. Vel gradus qui assimilantur in diversitate dierum cum noctibus suis, sicut 20. ♐ cum 10. ♋. Et si tunc ☽ sit in aspectu bono vel malo, quan-

quando fuerit in gradibus sibi assimilantibus secūdum viam prædictam, revocabitur res super ægrum quæ in cor Medici non ascendebat, sive qui non suspicabatur.

SEXTA. Quando signum ascendens in principio ægritudinis fuerit principium ♈ vel ♎ & ☽ fuerit in angulo, crises erant firmæ & certæ, sine suspicione quando ☽ pervenit ad □ vel ☍ aspectum.

SEPTIMA. Si ☽ fuerit in principio morbi in signo mobili, significat velocitatem in rebus ægri, in bono vel malo. Sin fuerit in fixis, prolongationem morbi. In bicorporeis sive communibus, transibit æger de morbo in morbum.

OCTAVA & NONA. Si ☽ in principio morbi in signo qualitatis ejusdem

ejusdem cum materia peccante quæ morbum caussat, malum est: contrarium v. bonum.

Item si caussa morbi fuerit ex abundãtia, aut repletione in corpore, & lumen ☽ sit in augmento, hoc est grave: Sin v. ☽ in diminutione fuerit, hoc valdè bonum est. Si v. caussa sit ex inanitione, & ☽ sit lumine diminuta, est grave; sin aucta, bonum.

Omne tamẽ hoc, quod dictum, verum est, si non sint aspectus in ipsis n. consistit radix judiciorum, sed conjunctiones in crisibus sunt fortiores.

DECIMA. Conjunctio ☽ cum ☉ est signum valdè malum: sed est prius si inter ☉ & ☽ sit minus 6. gradibus, & ☽ ☉lem nondum attigerit.

Quod si jungantur in capite ♈ vel ♌, diminuetur de malo

ali-

aliquantulum: Si a. fuerit conjunctio ad 12. grad. non est malum perfectum.

Quod si signum, in quo fuerint juncti, sit unum de signis longarum ascensionum, ægerq; remotus satis fuerit ab æquali linea, diminuetur malum: & si ambo sint in signis brevibus hoc est malum perfectum.

Et si ☽ fuerit juncta ☉i cum malis stellis, hoc est malum perfectum; cum bonis a. minuetur malum.

Si a. inter ☽ & ☉ fuerit arcus oppositionis, neq; bonum, neq; malum.

UNDECIMA. Conjunctio ☽ cum ♄ malum significat, & prolongationem morbi.

Sed si ♄ in motu tardus fuerit, augmentabitur malum. Si velox, minuetur de malo.

Si

Si retrogradus fuerit ante oppositionem Solis, curatur æger, sed recidivat. Sin fuerit retrogradus post ☍ Solis, minuetur de malo.

Quod si ☽ in hac ☌ cum ♄ fuerit aucta lumine, modicum nocebit ♄; sin a. lumine diminuta, hoc malum est supra malum.

Si ♄ erit Orientalis à Sole, & morbus sit ex frigiditate, minuetur malum: sed si fuerit ex caliditate, augebitur malum supra malum.

Si ♄ erit Occidentalis à Sole, & morbus calidus, minuetur malum: sed si ex frigiditate fuerit, augebitur malum supra malum.

Item si ♄ fuerit in longitudine longiori, & morbus ex retentione seu restrictione, augebitur malum supra malum: Si v. fuerit in abside inferiori, id est, longitudine

tudine breviori, seu in opposito augis, minuetur de malo ejus.

Si a. in loco inferiori fuerit, & ægritudo sit ex solutione ventris addetur malum supra malũ:

Si v. in auge, id est, longitudine longiori, aut prope, minuetur de malo ejus.

☽ juncta Planetæ retrogrado, significat vomitum.

Et si ☽ fuerit in una domorum Saturni, minuetur de malo, nisi de tussi fuerit morbi:

Consimilitèr si in signo ♎ ♉ fuerit minuetur malum, nisi fuerit post 21. gr. ipsius.

☽ in aspectu ✶ cum ♄ non nocet, nisi fuerint ambo in signis longis.

Sic △ ejus aspectus non nocet, nisi ambo fuerint in signis brevibus.

DUODECIMA. Conjunctio ☽ cum

cum ♃, bonum ſignum eſt: & adhuc melius ſi non ſit dominus malę domus reſpectu ſigni aſcendentis, in principio infirmitatis.

Et ſi ☌ fuerit in domo ♃ aut ☽, hoc eſt bonum ſupra bonum. Et ſi ☌ fuerit ☽ cum ♃ in ♑, minuetur de bono.

Et ſi ♃ retrogadus fuerit, minuetur de bono, dummodo tranſierit ☍ Solis; ſi v. non tranſierit, non remanebit de bonitate niſi parum.

Quod ſi morbus foret ex frigiditate, plus valeret ♃ quàm ſi ex caliditate; & ſimilitèr ſi in auge eſſet ſui parvi circuli vel eccentrici, ſecundum quod jam de ♄ recitatum eſt.

Magis etiam ſe oſtendit fortitudo Jovis in ægris qui medietatem vitæ ſuæ trãſiverint, quàm in illis qui paucorum ſunt annorum.

Aſpe-

Aſpectus Jovis ☍ & □ boni unt, niſi quod in iis parum ineſt aboris & laſſitudinis infirmi. Sed ſpectu △ & ✶, nullus ſuperior ſt in bono.

DECIMATERTIA. ☽ juncta ♂, ignum malum. Si lumine diminuta fuerit, minuetur de malo, & è converſo ſi fuerit aucta lumine, quia tunc dolor ſupra dolorem.

Si ♂ fuerit poſt oppoſitionẽ Solis, minuetur de malo. Si v. uerit in ea parte qua ☉ eſt reſpectu parvi circuli, id eſt, ante oppoſitionem, hoc ſignum malum eſt.

Si ♂ fuerit in auge ſua, vel prope, fueritq; morbus ex ſocietate, ſignificat augmentum mali: ſed ſi fuerit in oppoſito augis, minuetur de malo. Si fuerit in loco infimo circuli eccentrici, &

morbus

morbus ex humiditate, malum supra malum: sed si fuerit ex siccitate, minuetur de malo.

Aspectus a. ⚹ & △ bonum præsagiunt, & si ☽ fuerit in domo Martis, aut in ejus exaltatione minuetur de malo.

DECIMA QUARTA. Si ☽ juncta fuerit Veneri, est sicut dictum est de Jove. Et si æger juvenis sit aut mulier, melius est, quàm si senex. Et si morbus ex caliditate, magis valebit ♀ quam ♃: si ex frigiditate, tunc magis ♃ quam ♀.

DECIMA QUINTA. Si ☽ juncta fuerit Mercurio non existenti sub radiis Solis, aut inter illos plus sit 12. gradibus, & Mercurius occidentalis, & juncti sunt in domo stellæ fortunatæ, significat dimidium bonum: In domo v. stellæ infortunatæ significat dimidium

malum

malum. Si in domo propria significat modicum bonum: Sed si in domo quæ opponitur suis domibus, significat modicum mali. Aspectus a. □ minus mali significat quàm ☍, & ⚹ modicũ significat boni, sed △ magis bonum.

DECIMA SEXTA. ☽ si fuerit in ☌ cum ♄. & ♃ considera quis eorum alterum victurus sit. Nam ille qui circa locum augis fuerit, seu in longitudine longiori circuli sui eccentrici, aut prope, vincet illum qui circa longitudinem fuerit propiorem seu in ☍ augis: Et hoc quidem scire poteris per centrum æquatum.

Et ille qui propinquior fuerit longitudine longiori parvi circuli seu epicicli, prævalebit illo qui est propinquior longitudine propiori: Et hoc quidem scire poteris per argumentum.

Et si unus habuerit latitudinem septentrionalem, & alius sit in linea media septētrionalis prævalebit. Si ambo fuerint septemtrionales, ille qui majorē habuerit latitudinem prævalebit. Si ita unus fuerit in linea signorum, & alterius latitudo meridiana, ille qui in linea est prævalebit. Si vero ambo sint meridiani, prævalebit ille qui habuerit latitudinem minorem. Et si prævaluerit ♄ in hac conjunctione, morietur æger. Sin prævaluerit ♃, evadet, sed post grande periculum & cogitationes moriendi & mortis timorem. Et adhuc ille qui in domo sua fuerit in Exaltatione, Triplicitate, Termino, aut Facie, prævalebit illo qui minor fuerit in dignitate. *Nam hæ recitatæ quinque dignitates Planetarum Essentiales sunt. Et cum reperitur Planeta in sua Dom*

forti

fortificatur ejus operatio quintuplicitèr. Si comperitur in sua Exaltatione fortitudo ejus quadruplicatur. Si in Triplicitate, triplicatur. Si in suo Termino, duplicatur. Sed si Faciem suam possideat, tunc additur illi una potestas supra naturalem suam potestatem. E. G.

Cum ☉ in ♌ fuerit, dicitur esse in dignitate & potestate essentiali, & quidem Domo sua, quia in ♌ multæ sunt stellæ fixæ de Solis natura, quæ naturam ejus fortificant quintuplicitèr. Similitèr cum ☽ in ♋ reperitur: omne enim simile additum simili fortificatur.

Hinc veteres dixerunt:

PLANETA EXISTENS IN DOMO SUA, EST SIMILIS VIRO IN DOMO SIVE DOMINIO SUO EXISTENTI.

TABULA DOMORUM sive Partium signiferi, uniuscujusq; Planetæ.

☉	Habet domum	in ♌.
☽.		♋.
♄		♑ & ♒.
♃		♐ & ♓.
♂		♈ & ♏.
♀		♉ & ♎.
☿		♊ & ♍.

SECUNDA DIGNITAS ESSENTIALIS est EXALTATIO, de qua inter sapientes aliqua est diversitas. Quidam n. perhibent solum aliquos extare gradus in quibus quilibet Planeta exaltetur. Sed Ptolomæus asserit, quod cujusvis Planetæ exaltatio sit in toto signo. Et hanc posteriorem viam communiter observamus tempore moderno: Concedentes tamen quod fortior sit exaltatio in gradibus istis particularibus, quos sequens tabella exhibebit.

Unumquodq; autem signum oppositum

ſitum ſigno exaltationis, dicitur ejus Caſus, vel Deſcenſio, vel ejus Dedecus.

Et deniq; hoc de Exaltatione notandum, quod nullus Planeta in ♌ ♏ & ♒ exaltetur.

PLANETA IN SUA EXALTATIONE EST, SICUT VIR IN GLORIA ET REGNO SUO EXISTENS.

TABULA EXALTATIONUM & Caſuum.

	Exaltatur in	maximè gradu	Cadit in oppoſitis ut:	
☉	♈	19.	♎	19.
☽	♉	3.	♏	3.
♄	♎	21.	♈	21.
♃	♋	15.	♑	15.
♂	♑	28.	♋	28.
♀	♓	27.	♍	27
☿	♍	15.	♓	15.
☊	♊	3.	♐	3.
☋	♐	3.	♊	3.

TRIPLICITAS eſt tertia dignitas Planetarum, quæ attenditur in trium ſignorum una qualitatum convenientia.

PLANETA IN SUA TRIPLICITATE EST SIMILIS VIRO INTER AMICOS SUOS AUXILIATORES ET SERVOS.

TABULA TRIPLICITATUM.

♈. ♌. ♐.	Triplicitas	*Ignea, Orientalis.*
♉. ♍. ♑.		*Terrea, Meridionalis.*
♊. ♎. ♒.		*Aërea, Occidentalis.*
♋. ♏. ♓.		*Aquea, Septentrionalis.*

Harum jam unaquæq; triplicitatum iterum trinos suos habet Rectores, ut:

Ignea, ☉ *de die,* ♃ *de nocte,* ♂ *participem.*

Terrea, ☽ *de die,* ♀ *de nocte,* ♄ *participem.*

Aërea, ♄ *de die,* ☿ *de nocte,* ♃ *participem.*

Aquea, ♂ *de die & nocte,* ♀ *&* ☽ *participes; illam die, hanc nocte.*

Porrò in prima triplicitate ♈ *tenet cor Orientis:* ♌ *partem sinistram:* ♐ *partē dextram.*

In secunda triplicitate ♉ *cor meridiei;* ♍ *partem sinistram:* ♑ *partem dextram.*

In tertia triplicitate ♊ *cor occidentis:* ♎ *partem sinistram:* ♒ *partem dextram.*

In quarta triplicitote ♋ *cor septentrionis:* ♏ *partem sinistram:* ♓ *partem dextram.*

TERMI-

TERMINUS seu FINIS est quarta dignitas essentialis Planetarum, & sunt certi gradus signorum, in quibus cum Planeta comperitur, dicitur esse in suo termino, & tunc ipsi duæ accedunt virtutes seu fortitudinis testimonia, & est terminus illius naturæ, cujus naturæ est suus Planeta.

Notandum autem quod duntaxat quinque Planetæ terminos dicantur habere: Nam ☉ & ☽ similes essentiales fortitudines dicantur habere in duabus cœli medietatibus. ☉ in majori, quæ est à principio ♌, suæ domus usque in finem ♑: & dicitur maxima medietas propter ascensiones signorum, quæ incipiunt à dominio Solis, quæ sunt majores, & est medietas Solis, quia ☉ in ipsa habet principatum similem illi, quem Planetæ habent in suis Terminis. Altera medietas quæ est à principio ♒ usque in finem ♋ est medietas minima, in qua Luna talem habet principatum qualem Sol

Sol in sua. Ergò ☉ & ☽ in dictis duabus medietatibus duo virtutum essentialium habent testimonia, sicut Planetæ reliqui in suis Terminis.

ASSIMILATUR a. PLANETA EXISTENS IN SUO TERMINO VIRO EXISTENTI INTER PARENTES ET COGNATOS ET GENTEM SUAM.

TABULA TERMINORUM secundum Ptolomæum.

	G.				
♈	♃ 6	♀ 12	☿ 20	♂ 25	♄ 30
♉	♀ 8	☿ 14	♃ 22	♄ 27	♂ 30
♊	☿ 6	♃ 12	♀ 17	♂ 24	♄ 30
♋	♂ 7	♀ 13	☿ 19	♃ 26	♄ 30
♌	♃ 6	♀ 11	♄ 18	☿ 24	♂ 30
♍	☿ 7	♀ 17	♃ 21	♂ 28	♄ 30
♎	♄ 6	☿ 14	♃ 21	♀ 28	♂ 30
♏	♂ 7	♀ 11	☿ 19	♃ 24	♄ 30
♐	♃ 12	♀ 17	☿ 21	♄ 26	♂ 30
♑	☿ 7	♃ 14	♀ 22	♄ 26	♂ 30
♒	☿ 7	♀ 13	♃ 20	♂ 25	♄ 30
♓	♀ 12	♃ 16	☿ 19	♂ 28	♄ 30

Hoc

Hoc postremò de Terminis est notandum, quod mirabilis & secretissima sapientia in iis est abscondita, quæ non nisi ingeniosissimis revelatur, quia Terminus mutat, intendit aut remittit naturam Planetæ, quæ caussà est formarum & cœlorum diversorum rerum mixtarum: & Dominus termini in termino suo existens majus habet posse in illo signo, quàm dominus domus & exaltationis existens in locis peregrinis.

FACIES dicitur ultima essentialis dignitas, estq; omnium debilissima, ultimum enim ipsi succedit virtutis testimonium.

ET PLANETA IN SUA FACIE EST SIMILIS VIRO, QUI VIVIT INTER GENTES MULTUM NOTAS, ficut Advena qui vivit inter eas ex arte atq; magifterio fuo.

TABULA FACIERUM.

G.

♈	♂	10	☉	20	♀	30
♉	☿	10	☽	20	♄	30
♊	♃	10	♂	20	☉	30
♋	♀	10	☿	20	☽	30
♌	♄	10	♃	20	♂	30
♍	☉	10	♀	20	☿	30
♎	☽	10	♄	20	♃	30
♏	♂	10	☉	20	♀	30
♐	☿	10	☽	20	♄	30
♑	♃	10	♂	20	☉	30
♒	♀	10	☿	20	☽	30
♓	♄	10	♃	20	♂	30

Conſiderandum deniq; 1. quod Planetis in locis oppoſitis exiſtentibus harum eſſentialium dignitatum totidem debilitates ſuccedant, quotidem iis deberentur dignitates ſi eſſent in locis dictarũ dignitatum eſſentialium. 2. Quod Planeta in nulla harum dignitatum eſſentialium conſtitutus, peregrinus dicatur.

Atq; hac de dignitatibus eſſentialibus

libus Planetarum pro re nata inseruisse sufficiant. Accidentales eorum dignitates quod attinet, ut sunt Gaudia Planetarum, Orientalitas, Occidentalitas, Septentrionalitas, Meridionalitas, Almugeia, Combustio, Oppressio, Vacuitas cursu, Esse in lumine, obsessio, conjunctio, separatio, prohibitio, Translatio, Redditus luminis, pulsatio seu missio naturæ, Receptio, Redditus virtutis, Aspectus sextilis, quartus, trinus & oppositus: eas omnes & singulas etiam persequi & explicare instituti nostri rationem nimium excedere, quamobrem lector benevolus ipsas aliis in libris astrologicis inquiret, & in hoc tractatu explanatione aspectuum superius traditâ contentus sit.

DECIMA SEPTIMA. ☽ in ☍ Saturni & Jovis existente, valebit quidem æger, sed non evadet, nisi ♄ fuerit retrogradus, & ♃ directus.

DECIMA OCTAVA. Si ☽ cum ♄ & ♂ juncta, hoc minus est dimidio signo mali, eo quod alter alterius opera disturbat ac destruit. Quod si aspexerit eos ♃ aut ♀, evadet æger. Si autem ☽ fuerit cum ♄ & ♂ in ☍ aut □, hoc malum est ægro.

DECIMA NONA. Omnes aspectus Solis & Lunæ sunt boni universalitèr, nisi aspectus oppositus ab ♒ aut ♎ quoniam tunc minuetur ex bono.

VIGESIMA, Si ☽ juncta fuerit ♄ & ☉, & sit in eorum oppositione, dimidium est signum bonum : sed si fuerit in aspectu □, est prope dimidium bonum.

VICESIMA PRIMA. ☽ cum ♄ & in ☍ ☉, & ♂ in □, nec bonum nec malum: similitèr si ☉ fuerit cum ♂.

VICESIMA SECUNDA. ☽

cum ♂, & ☉ in ☍, signum est malum, si fuerit in □ medium signũ mali. Et si ☽ fuerit cum ♂, plus prodest aspect⁹ Veneris quàm Jovis; Si autẽ fuerit cum ♄, plus prodest aspectus Jovis quàm Veneris.

VICESIMA TERTIA. Si ☽ fuerit in principio morbi juncta alicui Planetæ, aut in ejus aspectu, & quando pervenerit ad □ aspectum aut ☍, & tunc eodem die talis Planeta Lunam aspiciat, aut ei jungatur, sicut in principio, conjunctione aut aspectu, tunc crisis erit certa & firma in bono vel malo, secundum naturam stellæ, nec innovabitur super ægrum res quæ vel benefaciet vel malefaciet ei; præterquam secundum unam viam, videlicet si non est ita quod illi stellæ Luna conjungatur per aspectum in die crisis, sed aspiciat aliam stel-

lam, tunc enim si ☽ jungatur cum ista, innovabitur super ægrū res de bono vel malo, quæ in corde Medici non ascendebat.

VICESIMA QUARTA. Quicquid hactenus dictum est de stellis erraticis, hoc & suo modo intelligendum de stellis fixis, primi & secundi honoris, (id est, primæ ac secundæ magnitudinis) ac præcipuè de his quæ parvam habent latitudinem & sunt circa Eclipticam & in circulo signorum: Si n. ☽ jungitur his quæ naturā habent Jovis aut Veneris, bonum portendit, si naturam Saturni aut Martis malum. Et si ☽ latitudinem septentrionalem habuerit, magis manifestabitur operatio stellæ, quàm si versus meridiem devolvatur, quoniam tūc operatio stellæ occulta erit, & ferè non apparebit.

ASTRO-

ASTROLOGIA HIPPOCRATIS

De significatione morborum, mortis & vitæ, secundum motum Lunæ per 12. signa Zodiaci, & positus Planetarum. Gulideolo Mordico interprete Prisco.

DE CONjunctione & Oppositione Lunæ in morbis & valetudine.

H. Aspice Lunam, quãdò est plena lumine, quia tum crescit sanguis & medulla in omni

ASTROLOGIA GALENI.

Jacobo Antonio Mariscotto Florentino Medico interprete.

DE LUNÆ TUM motus tum luminis incremento ac decremẽto, quocunq; loco Zodiaci sit, variaq; ejusdem cum reliquis Planetis configuratione.

G. *Ante omnia Lunã cõsiderare oportet, nũ ea moveatur addendo, an demendo numeris nõ luminib9, sicuti decepti sunt quidã. Si ergo ubi quis decubuerit, Lunam aliquo duodecim partes constituentium signorum incipiat (propriæ magni-*

mnni homine, & bestiis omnibus, idem fit in mari, & cunctis in reb⁹ mundanis. Cũ ergò quis inciderit in morbũ, tum necessarium est videre, an Luna è cõbustione exeat, tum nãq; cre

magnitudini addendo, & propriis numeris moveri, progrediens ad æqui partiũ: Est autem Æquipartium idem quod diameter (sivè oppositum) maximam faciet episemasiam (id est assignationem, seu commotionẽ, seu turbationem) maximè verò, si etiam conjunctionalis fuerit, ubi scilicet cõjunctione soluta tẽdit in pleniluniũ, & feratur in cursus quantitatem majorem, sub centesimum, & octogesimum gradum interficit. Si verò, ubi quis decubuerit, Luna demendo moveatur, morbus usq; ad oppositũ faciet commotionem. Luna enim ad oppositũ (hoc est centesimũ, & octogesimum gradũ conversa) morbum in magis salubrem convertit. Adverte autem animum ad motus, testimoniaq; stellarum. Si enim,

creſcit infirmitas, donec venerit ad oppoſitionis gradũ, & cum erit in oppoſitione videndũ erit, an ſit cum malo aliquo Planetarum, vel in malo aſpectu, & ſi aſpexerit dominum

enim, ubi quis decubuerit, Luna in majus moveatur, Marti Saturnoq; cõfigurata, augebit morbũ, & periculoſum reddet. Si verò, luminibus, numeriſq; augeatur, circa quadratum, periculum procul dubio afferet. Si verò phaëtonti (id eſt ſplẽdenti Jovi) quocunq; modo fuerit configurata, morbus ſine periculo fuerit: vel in quadrato facta commotione incolumes reddet ad oppoſitum. Si verò phlegethonti Saturno configuretur numeris demens, circa nonageſimum gradum inſtabiles reddit, ac periculoſos. Quod ſi cõjunctione ſoluta ad minora feratur, circa centeſimum, & octogeſimum gradum absq; ullo dubio interimet. Si verò Soli, vel Marti in decubitu cõfiguretur numeris demens, vel etiam lumine

num domꝰ mortis. Nã ex iis poteris scire, utrũ morietur, vel vivet, vel si diuturnus erit morbꝰ eius, vel nõ. Nunc autẽ videamus naturam omnium signorũ, vires etiã, vel posse Lunę in eisdem.

mine deficiens minuetur morbus ad gradũ nonagesimũ, & facta commotione ad sanitatem cõvertetur. Quòd si conjunctionẽ solverit, & adhuc minuatur, circa centesimum, & octogesimum gradum incolumitati restituet. Verum assumere reliquas etiam stellas oportebit, per singula signa, quo pacto se habẽt: illinc etenim duodecim signa Luna per meãte, causa morborũ cognoscuntur. Ante omnia autẽ scire oportet, si quis negligenter se in calculis gesserit, nihil ei secundũ verum esse successurũ: Si verò non succedat, in ipso, nõ in re, causã erroris merito futurã. Numeri autẽ non secus, ac in ipsa nativitate disquiratur, ex hisce enim veritas certa cognoscetur.

LUNA DE

LUNA IN OMNIBUS PARTIBUS ARIETIS, AFFICIT PRÆCIPUE CAPUT: NAMQUE ARIES PRINCIPIUM HABET IN CAPITE.

DE LUNA IN ARIETE.

H. Cùm quis in morbũ inciderit Luna existente in Ariete cum Marte, aut Sole, tum morbus erit in capite propter Solis calorem, utiq; & gravis, & dolebunt ei pulsus capitis: febres etiã patitur æstuosas, non intermittentes, in præcordiis

DE LUNA IN ARIETE.

G. *Si factus fuerit decubitus, quandò Luna est in Ariete, & Marti vel Soli configuratur, morbus à capite erit à Solis æstu, atq; meninges dolebunt, & erunt continuæ febres, & insomnia, & ardor, & sitis, & aspera lingua, & thoracis incendiũ, vel hepatis dolor, & pulsus elati, ac inor-*

cordiis quoque torquetur, vix loquitur: quia thoracem occepit vehemens calor, & pulmonem, quod & pulsus vehemẽs ostendit. Necessarium est ergò, ut huic secetur vena cordis, utque vescatur frigido alimento, & potu, & compescentib⁹ calorẽ, ut morbus is non vertatur in phrenesim. At si cũ Luna fuerit Mars, sivè Saturnus, ex hoc morbo

inordinati. His utile fuerit sanguinem educere, & adhibere omnia quæ frigefacere queant, & mitigare: nam erit delirium, atq; phrenitis. Quod si nulla benefica Lunæ cõplicetur, habeatq; Saturnus eandem figuram, usq; ad diem septimum, interibit in primo quadrato, & maximè si una numeris, vel lumine augeatur. Si autem factus decubitus fuerit, ubi Luna est in Ariete, & aliqua maleficarum ex

morbo morietur æger infra diem ſeptimū, a die quo Luna fuerit cum Sole per quartum aſpectum, & hoc intelligitur Luna creſcente. Si verò Luna erit in Ariete infortunata, aſpexeritque eam ex quarto vel ex oppoſitione Saturnus, morbus is erit in capite, & perducet eū ad alienationē mentis, & faciet inſanire, variādo incrementū & decrementū, eritq;

ex oppoſito, vel quadrato ei configuratur, vel cum ipſa apparet, ſtellam ipſam videre oportebit, quænam ſit. Ac ſi quidem fuerit Saturnus, cauſæ in capite ſunt, lethargus, ſine ſenſu, alto ſomno oppreſſi, infrigiditati: adhuc autē inæquales, nunc quidē remiſſo morbo, nunc verò intenſo.

Quòd ſi illa quoque luminibus, vel numeris, vel utriſq; demat, ut tibi anteà dixi, ad dictum gradum nona-

eritq; morbidus persimilis illi, qui videre non potest. Si verò Astronomiam ignoras; hæc nõ poteris scire, neq; cognoscere ejus morbũ. Quòd si Luna fuerit in diminutione graduũ, vel luminis, cùm revertetur ad primum aspectum Saturni, videlicet, cùm dimiserit eũ, & per alium aspectũ illum aspexerit, morbus mutabitur in bonũ, vel

nonagesimum ma-
ximã habebit com-
motionem. Si
& reliquas quo
adjunge. Nam
Jupiter, vel V
nus aliqua annu
rit configuration
in summum u
niet discrimen,
oppositum prate
gressus servabitur
Si autẽ solus Me
curius proposi
commistioni conj
guretur, absq; di
bio morietur. Et
igneus quoq; Ma
propositæ figuræ c
figuretur, redem
ptores tu potius e
istimabis. Qua
oportebit te om
pr

vel in malum: Nam ſi aſpexerit aliud infortunium, morietur ille. Si autē non aſpexerit, evadet. Sed cùm Luna dimiſerit aſpectus hos, de quibus diximꝰ, morbū ſcias receſſurū. Tamē dum Luna non invenerit Jovē aut Venerē per aliquē aſpectū, priuſquàm venerit Luna ad cōjunctionem Solis, morbus nō recedet, ſed ſtabit, donec Luna venerit in aſpe-

prudentia, uti, ſcientem hujuſce ſtellæ frigidiores eſſe affectus, atque rheumaticos. Si verò Luna configuretur Marti, vel Soli numeris addens, vel etiam lumini, inducet ea in capite affectus alienationes mētis, phrenitides, circū dolentias, inflammationes, incēdia, αἱμαγμοὺς *quaſi cruētationes. Oportebit igitur in cunctis, uti illis, quæ frigefacere valeāt, & diſcutere, atq; hiſce quidē maximè circa quadratum: nam*

aspectum, vel ad oppositionē Solis. Quod si dictas etiam non invenerit Luna, sed Mercuri⁹ occurrerit illi, morietur æger. At si Mars invenerit eam, sanabitur dum morbū produxerit pituita. Et quandò languid⁹, primo sentit morbum, dū Luna addit suo lumini, & gradibus, & Mars, & Sol fuerit in Ariete, morbus erit in capite, & insanis, & abscessus ex pituita orietur in capi-

nam post tertium (vel quintum) diem augeri incipit morbi magnitudo: affectus verò periculosi erunt, & acutissimi usq; ad oppositum. Si autem Mercurius proposita figura configuretur, periclitatus servabitur: namq; hic cōsentit cum Marte, èc contra verò cū Saturno dissentit. Si verò ubi factus fuerit decubitus, Jove, vel Mercurio, & Veneri, vel etiā alteri ipsorum tan-

capite, profluetq; illi sanguis è naribus. Oportet itaq; illum uti frigidis temperatis, indigetq; Medicina, qua destruitur abscessus. Cùm verò Luna fuerit cũ Mercurio, in loco Solis, evadet infirmus, prius autem erit in magno discrimine: quoniã Mercurius concors fit cum Marte, in eodem negotio. Mars autẽ non facit si cum Saturno, & morietur æger, cùm Saturnus fuerit in loco Solis. Quòd si fue

tantum Luna cõfiguretur, morbos quidem facit inæquales, & in diversos affectus devolvũtur, sed omninò servantur. Te ergò oportet diætis adhibere animum, horisq́, & deambulationibus, & balneis, & vino exhibendo: qui enim Saturno configurante decubuere, & balnea cupient, & quietem, & lectum cibumq́ multum, & calentem potum: Qui autẽ Marte,

F

si fuerit cum Lunâ, Jupiter ibidem, vel Mercurius, aut Venus, varius ejus erit morbus. Quandò autem Lunam aspexerit Mars, vel Saturnus aliquo aspectu, opus est ægro leni medicina, & medioeri diæta, demum sedeat quandoq;, & jaceat quandoq; ille in luminoso loco, ut à longe clarum aërem possit videre, utatur & balneo, bibatq; aquam fri-

te, potum frigenti-
tem, motum, vi[illegible]
num, ventos. O-
portet ergò te [illegible]
proprio, juxta [illegible]
quamlibet stellam
desiderio haud[illegible]
quaquam retra-
here: quælibet e-
nim stella, quibus
rebus delectatur
& optat, his etiam
juvat. Ut enim
mihi videtur, o-
ptime Aphrodisi
ne putato hujusce
modi curatione
medicæ rationi
adversari. Ego e-
nim, qui cognita
habeo stellarum
naturas, effatus
sum tibi, quibus
rebus

frigidã, cùm necessariũ fuerit, & regas illũ, ut tibi videtur salubrius esse.

LUNA IN OMNIBUS PARTIBUS TAURI EST REGINA, MAGNI REGNI, ESTQUE VITIOSA.

DE LUNA IN TAURO.

H Quandò autem quispiam incidit in morbum Luna existente in Tauro, atque ã aspexerit Mars ex opposito vel aspectu quar o, morbus • •ejus

rebus qualibet delectetur, ut in cunctis, labi non possis.

DE LUNA IN TAURO.

G. *Si quis verò decubuerit, quando Luna est in Tauro, & Saturnus in quadrato, vel opposito, vel cum ipsa unà, præsertim ubi ea, & Lumini numeris demit, morbus etiam in principio à crapulâ erit, & ferculis, & plenitudine: & erunt febres astrictæ, & hypochondriorum dolor, & labor articulorum, & pulsus elati, ac inordinati, & totius*

 cor-

ejus productus erit ex sanguine, is tandem sentit immensum calorē, & siti torquetur, & queritur per noctem, nec potest dormire, & potum vini appetit. Est ergò necessarium illi secare venam, & exhibere pharmacū, quod refrigeret eum, & humectet. Sin fuerit in signo

corporis inflammatio & in pulmone, ac latere sinistro, sensus gravitatis. Hos juvat sanguinis contractio; eaq; omnia, quæ valent habitum demoliri.

Si igitur benefic... usq; ad oppositum, non complicentur, procul dubio morietur. Quo... si etiam Mars eandem figuram, aut Sol, reti... neat, in primo quadra... to interibit. At si benefic... ficæ adsint, Lunam... aspiciant, periclitat... servabitur. Si ver... quis decubuerit, quan... do Luna est in Taur... præcipuè ubi dies est... Mars autem cum e... est simul, vel in ejus op... posito

signo Saturnus cum Luna, aut Venus addens, & non inveneri fortunam, morietur infra novem dies à die quo incidit in lãguorem. Quòd si Luna addet suo lumini & gradibus, tum demum, atq; eam Mars aspexerit, ex oppositione, vel quarto aspectu, & Luna venerit ad

posito, aut quadrato, morbus erit ex plenitudine sanguinis, & astrictio, & incendiũ, & dolor colli, ossiumq;, excessusq;, insomnia, & magnum vini desiderium & frigida.

His ergò sanguinis detractio conducit, & omnia, quæ relaxant. Quod si Saturnus eandem cum Lunâ obtineat figuram, nullaq; benefica complicetur, nonum diem nõ superabit: Si autem beneficæ præsentis adsint, vel configurentur, periclitatus usq; ad vigesimũ diem servabitur. Si v. quis decubuerit, quãdo Luna est in tauro, ac

ad Saturnũ, & erit Mercurius cum ea, morbus ex frigidis succis erit, vel æger totus frigidus, & disruptus erit. Ideò vix loquitur, & pauca profert, habet & ventriculum durum, seu crudum, adeò, ut exloquere non valeat alimentum, sed [illegible]terius ardet. Propterea is eget solven-

